# OPUSCULUM DE SIMULTANEA LIBERA, AUT TURNARIA BENEFICIORUM PROVISIONE, SEDE...

Albert Clouwet, Manuel Alvares Pegas, Pietro Paolo Veglia, ...






M

# OPVSCVLVM
## DE
# SIMVLTANEA LIBERA,
## Aut turnaria Beneficiorum Provisione,
# SEDE PAPALI VACANTE,


*Dicatum*

EXCELLENTISSIMO DOMINO ARchiepiscopo Episcopo Abulensi, Legato Extraordinario, & à Consilio Maiestatis Catholicæ,

*AVTHORE*

# EMMANVELE ALVAREZ PEGAS
## I. C. LVSITANO,


ET IN REGIO SVPPLICATIONIS SENATV Causarum Patrono, Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotore, Mitræ Archiepiscopalis Bracharensis, ac Vlyssiponensis Procuratore, nec non Lamacensis Advocato, & Capellæ Regiæ, Ecclesiarumque Patronatus Regij Fiscali.





VLYSSIPONE,
Ex Officina MICHAELIS DESLANDES Serenissimi Regis Typographi.

*Cum facultate Superiorum.* M.D C. LXXXX X.




D. FR. DIDACVS BENTVRA FERNANDEZ DE ANGVLO VELASCO SANDOVAL ARCHIEP. CALARIT. E. EPISCOP. ABVLEN.
Alb. Clouet sculp.



# EXCELLENTISSIMO,

REVERENDISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO

# D. Fr. DIDACO

BENTURA, FERNANDEZ DE ANGULO, VELASCO, E SANDOVAL,

OLIM ARCHIEPISCOPO CALARITANO, nunc Epiſcopo Abulenſi, à Conſilijs Regiæ Maieſtatis Catholicę, apud Regem Petrum Luſitanum digniſſimo, ac prudentiſſimo Legato Extraordinario

# C. O. R. D. E.



*Abeo præ manibus, Illuſtriſſime, Reverendiſſime, ac Excellentiſſime Domine, rude opus levidenſe donarium tibi, ſed acceptum, ut ſpero, & jucundum, ut credo; omnis enim mea qualiſcunque deſudavit induſtria in adſtruenda inter Capitulum, & Gubernatorem Epiſcopatus tui Abulenſis pace, in quærenda veritate, in avertendis, evertendiſque litibus, in fovenda virili concordia ijs potiſſimum rationum*

momentis, quas cum indefessa opitulatione, & allegatione assecutus sum pro stabilienda pace, extirpandis litigijs, componendisque dissidijs, & istud opus, ut jurisdictionis tuæ opes, Tibi offero, aut restituo, & nulli justius, quàm Tibi consecrarem, offerrem, referrem, dedicarem, emitterem. Es enim Vir, & Maiorum claritate nobilis, & propriæ virtutis nobilitate, & sanguine clarissimus, qui post tot umbonis, & cathedræ exercitia; post tot in Comitijs Generalibus conciones, Theses, & acta tanta subtilitate confectas; post omniũ graduum Magisterij, & jubilationis Regij Concionatoris, supremæ, ac Generalis Inquisitionis Qualificatoris; Guardianatus, Custodiatus, Provincialatus, cæterorumque officiorum laudabilem exactionem (dicat tua Provincia Granatensis) Generalis Dignitatem Ordinis Seraphici D. Francisci honorificè sustinuisti, & in Monasterijs, & Provincijs ritè gerendis specimen religiosum dedisti, (dicat ipsa tua tota Seraphica Religio) ad Archiepiscopalis in Sardinia dignitatem Calaritanam evectus fuisti; qua in Insula auctoritatem Primatis ipsius, & Corsicæ, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Vexillarij infulas obtinuisti: nec non propter animi integerrimam virtutem, morum gravitatem, & in rebus peragendis dexteritatem, à Serenissimo tuo Regio Catholico, tum Triremium, tum Regij Patrimonij, tum totius Regni Visitatione commissa, unum, & alterum composuisti, abusus abstulisti, moderatus es, & opportunis decretis, & sanctionibus respectivè in statu proficuo stabilisti; tuique zeli, & fervoris tanta prudentia, & intelligentia præditi satisfactione suffultus idem Serenissimus Rex Te Pro-Regem à Latere suo dextro, & Capitaneũ Generalem instituit, & nominavit; tam æqualiter in his munijs te gessisti, quod Catholica Maiestas, ne tali Hispania Ministro orbaretur; etiam si cives, & milites; Nobiles, & Plebeij lugebant tuam absentiam, (dicant ipsi Sardi, & meritò propter tuam justitiæ, & æquitatis administrationem) ad Episcopatum Abulensem transtulit; suo denique servitio

ma-

*magis, ac magis consulens, Te Legatum Extraordinarium apud D. meum Regem Petrum Lusitanum constituit, & misit. Hic sisto; dicant ergo Lusitani, quomodo Te in legatione, urbanitate, vita exemplari, morumque gravitate coaptasti. Porrò, si ex tali, & tam nobili Prosapia originem non duceres, maximam à te avam, atavamq; stirpem potuisse nobilitatem assumere. Sistere refert, ne laus in offendiculum tuæ modestiæ, & auctoritatis prolabatur. Cùm autem absens ab Episcopatu, fuisset orta controversia inter Reverendum Capitulum, nec non Episcopatus Gubernatorem circa Beneficiorum provisionem, Sede Papali vacante, juris, & veritatis viam ad resolutionis comprobationem unicè desiderans, me ostendere imperasti, & non alteri hanc juris Episcopalis defensionem, & Beneficiorum providendi facultatem, & Gubernatoris jurisdictionem tuo nomine exercendam offero, & restituo; ipsamque gratioso, solito benignitatis vultu admitte; ut labore ad te pertingat, quo nemo argumento operis novit acrius, sustentat operosius, tuetur nervosius; & solum timeo, dum laudes tuas scribere aggredior, & Prædecessorum tuorum nobilitatem, seriem, quæ per Te multum illustratur, evolvere, onerosum me forte, aut impudentē videri posse arbitror; qui vel humanæ Tibi gloriæ tentationem, adulando, ingeram, vel tuis, ac tuorum prædicationibus ingeniolum meum par esse præsumam; sed absit, ut meritorum tuorum eximia præconia, obtuso stylo persequi admittar; non enim brevi periodo integram quis valet Iliadem complecti; quare innixissimè peto, ut dum Opusculum hoc tuæ amplitudini consecro, legas in prælo, quantum pro Ecclesijs fecisti in prælio, & ad hunc effectum non Tibi offero, sed restituo hoc Opus, ut immeritus obtineam, privato tuo favore, ac patrocinio fovere non desinas; sed in Albo, & in candido famulorum tuorum cætu numeroque digneris connumerare; si enim fama tua, jussus, aut præceptum alas mihi Picæ præstat, tuæ alæ mihi præstant pennas, quibus alatus coronatus pedibus tuis adsum.*

Vale.

# LICENÇAS

## Do Santo Officio.

O Doutor o P. Affonſo Mexia da Companhia de Jeſus, Qualificador do S. Officio, veja o livro de q̃ a petição faz menção, & informe com ſeu parecer. Liſboa 13. de Janeiro de 1690.

*Pimenta. Noronha. Caſtro. Azevedo.*

EMINENTISSIME DOMINE:

PErlegi Opuſculum de Simultanea libera, aut turnaria Beneficiorum Proviſione, Sede Pontificia vacante; quem pretioſum laborem clariſſimus vir Emmanuel Alvarez Pegas Luſitanus, Iuriſconſultus eruditiſſimus, & acutiſſimus elaboravit.

Opuſculum à ſuo tanto Authore, & quidem Maximo, nuncupatur, dum præ modeſtię celſitudine ſuę magnificè, ac glorioſè ſentit, quàm ſit exiguum: permagni etenim eſt grande opus ingenij, & ſubtilitatis; facundiæ, & fæcunditatis; claritudinis,& utilitatis non Luſitanorum ſolùm, ac Hiſpanorum, ſed & Exterorum; qui mehercule,ſi hujuſce doctiſſimi Viri ſcripta, ſeu ſcriptorum ſuorum multitudinem ſpectent, ambigere merito poterunt, an plures, utilioreſve libros ex Luſitano altero habuerit

buerit eatenus Lusitaniæ; quę ob tam proficuos, ac multiplices conatus vovere ei poterit ex animo cum Poeta:

*Dij Tibi dent animos, continuentque tuos.*

Hęc, & multa alia, quę silentium modestè premit, hoc pergrande, augustumque Opusculum, ut laude, & luce, ita & prælo dignissimum reddunt; eo vel maximè, quòd in eo nihil est ab Orthodoxa Fide, probisve moribus alienum. In Collegio D. Patritij 17. Januarij 1690.

*Doctor Alphonsus Mexia.*

VIsta a informação, pódese imprimir o papel de que a petiçaõ faz mençaõ, & depois de impresso tornará para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella nam correrà. Lisboa 17. de Janeiro de 1690.

*Soares. Pimenta. E.B.F.*

Do Ordinario.

POdese imprimir o papel de que a petiçaõ faz mençaõ, & depois tornarà para se conferir, & dar licença para correr, & sem ella naõ correrà. Lisboa 19. de Janeiro de 1690. *Serraõ.*

Do Paço.

MAnda ElRey nosso Senhor, que o Doutor Gonçalo de Meyrelles Freyre, Juiz dos feitos da Coroa, & Fazenda, veja este livro, & informe com seu parecer. Lisboa 21. de Janeiro de 1690.

*Lamprea. Ribeiro.*

SENHOR:

O Parecer composto pelo insigne Jurisconsulto Manoel Alvarez Pegas a favor do Bispo Abulense, que introduz por modo de tratado; de Simultanea libera, aut turnaria Beneficiorum Provisione, Sede Papali vacante; li


&

& examinei com aquelle cuidado, & atençaõ, a que movem as Obras de seu Autor, & nelle naõ achei cousa que offenda os costumes, & Leys do Reyno, & me parece que serà util, & digno de se imprimir, por a materia delle ser particular, & toda se acha resumida em breve volume. Lisboa 29. de Janeiro de 1690.

*Gonçalo de Meyrelles Freyre.*

QUe se possa imprimir vistas as licenças do S. Officio, & Ordinario, & depois de impresso tornarà à Mesa para se tayxar, & conferir, & sem isso naõ correrà. Lisboa 6. de Fevereiro de 1690.

*Roxas.* *Lamprea.* *Azevedo.* *Ribeiro.*



# EMMANVELIS ALVAREZ PEGAS JURIS CONSULTI LUSITANI OPVSCVLVM

## DE SIMVLTANEA LIBERA, AVT TVRnaria Beneficiorum Provisione, Sede Pontificia vacante.

### SVMMARIVM.

1 *Obedientia est inferiorum gloria, & debetur maioribus.*

2 *Tot sunt homines, tot discordiæ inter eos oriuntur.*

3 *Quid sit concordia, & quid sit discordia.*

4 *Natura humana prona est ad dissentiendum, & inter Tribunalia, & Capitula facilis est controversia.*

5 *Refertur casus controversiæ inter Capitulum, & Gubernatorem Illustrissimi Episcopi, aut Archiepiscopi Abulensis, & causa scribendi hunc Opusculum; & nn. seqq.*

7 *Quando culpâ, clandestinatione, aut impedimento citati non fit intimatio mandati, aut citationis in ejus odium impedientis, habetur comminatio pro intimata, prout impediens citari, habetur pro legitimè citatus.*

8 *Refertur provisio Capituli, & Archiepiscopi.*

9 *Ex facto jus oritur.*

10 *Quando, & quomodo fuerunt Ecclesiæ erectæ, & Diœceses assignatæ Episcopis.*

11 *A primis Ecclesiæ cunabulis potestas, aut jurisdictio conferendi beneficia Ecclesiastica, Petro, & ejus Successoribus concessa fuit.*

12 *Postea Sedes Apostolica concessit Episcopis, ut quilibet posset conferre beneficia in sua Diœcesi, ad hoc ut absque ulla restrictione dicta beneficia providerent eadem potestate Pontificis.*

13 *Magna difficultate Pontifices aliquando gratias, aut reservationes aliquas concedebant; qua de causa aliqui affirmant, in Decretalibus nullam de illis fieri mentionem; & n.14 explicatur.*

14 *A quibus Pontificibus reservationes fuerunt introductæ, & à quo tempore cœperunt, & originem habuerunt; & n.15. & seqq.*

16 *Quæ beneficia reservantur; & n.17.*

18 *De provisione octo mensium, & à quibus provideri debeat vacatura beneficiorum.*

19 *Episcopi an possint conqueri de reservationibus, cum ab eis tota penderet provisio.*

20 *Provisio beneficiorum pertinet ad Pontificem, & ad Episcopos in suis Diœcesibu illius vices gerentes.*

21 *Antequam Cancellariæ regulæ publicarentur, libere Episcopus omnes provisiones in qualicunque mense facere poterat.*

22 *De laudibus Episcopalis dignitatis, & de ejus encomijs.*

Ibid.

Ibid. *Episcopus in sua Diaecesi habet potestatem ordinariam, & potest in suo Episcopatu idem quod Pontifex in toto orbe, exceptis reservatis.*

23 *Episcopus vocatur Pontifex, & Summus Sacerdos, Princeps Ecclesiæ, & antiquitùs nuncupabatur Papa, & Sanctissimus, & vocatur per Senhoria.*

24 *Quid sit provisio beneficiorum, & an in facultate providendi beneficia comprehendantur præbendæ, Canonicatus, & portiones; & nn. seqq.*

25 *Quando lex generalitèr loquitur, generalitèr debet intelligi, etiam si maior ratio detur in uno casu, quàm in alio.*

26 *Nulla debet fieri distinctio inter casus, de quibus lex non agit.*

27 *Beneficium est generica dispositio, sub qua comprehenduntur Canonicatus, præbendæ, & portiones, mediæ portiones, & etiam Episcopatus, & omnes sunt beneficiorum species.*

28 *Appellatione beneficij comprehenduntur beneficia tam maiora, ut sunt Papatus, & Episcopatus, quàm cætera omnia etiam inferiora, quæ vocantur præbendæ, & dignitates.*

29 *Beneficium est genus, & omnes species comprehendit.*

30 *Beneficia sunt præbendæ, & Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium, & portiones,*

31 *Quando Summus Pontifex aliquod concedit indul-*

*tum conferendi omnia beneficia, in eo comprehenduntur omnes dignitates; & ibi explicatur.*

32 *Portionarij sunt Ecclesiarum Cathedralium beneficiati, & quare, & in Roma vocantur beneficiarij, in Hispania portionarij, & etiam in Lusitania.*

33 *De origine portionum, & à quibus fructibus sublata fuit.*

34 *Definitio beneficij refertur.*

35 *In Regula 8. Cancellariæ non fit mentio de Canonicatibus, & præbendis, sed tantùm de beneficijs.*

36 *Ex jure communi competit provisio Canonicatuum, & portionum Ecclesiarum Cathedralium Episcopis in suis Diœcesibus, & de origine, & antiquitate ejusdem provisionis.*

37 *Provisio facta ab Episcopo, aut Archiepiscopo, non potest à Capitulo injustè contradici; & n. 38.*

39 *Mortuo Pontifice cessant regulæ Cancellariæ, quæ solummodo permanent, dum Pontifex vivit, & dum non revertuntur publicari, omnes provisiones quæ successerint, vacante Sede Apostolica, simpliciter ad Episcopos pertinent, tanquam ad jus commune redeuntes.*

40 *Provisio præbendarum, portionum, & beneficiorũ in Cathedralibus Ecclesijs est simultanea Episcopi, & Capituli, & ab utroque simul provisio debet fieri in quocunque mense, quando vacaverit.*

41 *Quan-*

41 *Quando provisio est simultanea per turnum, aut alternativam, uno impedito, aut absente, alter solus confert.*

42 *Divisio facta inter Episcopum, & Capitulum quoad beneficiorum provisionem, provisio non intelligitur divisa, sed in unoquoque conservatur in solidum.*

43 *Stante reservatione circa octo menses provisionis, cessante ea, pertinet provisio ad Episcopum, & Capitulum.*

44 *Si Episcopus providet beneficia simultaneæ provisionis, intelligitur provisionem facere secundùm dispositionem juris communis, conservato jure Capituli.*

45 *Provisio beneficiorum, & portionum in Sede Abulensi fit per turnum, alternativam, & concordiam.*

Ibid. *Clausula*, quomodolibet & pertinebit, *quomodo interpretetur ad favorem simultaneæ.*

46 *Clausula*, reputantur ordinarij, *quomodo intelligatur.*

47 *Episcopus, qui simul est Cardinalis, & virtute privilegij habet omnium mensium provisionem, habet simultaneam cum Capitulo.*

48 *Clausula*, consumens pro ista vice turnum, *quomodo intelligatur.*

49 *Ex provisione alternatim facta probatur simultanea,*

*nea, & turnus, & unus quisque in provisione cō-sumit turnum.*

Ibid. *Capienda est interpretatio, ut alternativa, & simultanea sustineatur.*

Ibid. *Vacante Episcopatu manet facultas providendi divisa quoad exercitium inter Capitulum, & Episcopum, & in solidum pertinet ad Capitulum provisio, & provisionem facit quasi utriusque nomine per jus accrescendi, propter defectum, & non existentiam socij, nempè Episcopi.*

50 *Concursus turni est respectivus ad Capitulum, & Episcopum, & dari non potest, deficiente uno.*

51 *Vacante Sede Papali debet dari concursus provisionis ex concordia, & vacante Sede Episcopali, Capitulum providet nomine utriusque.*

Ibid. *De provisione turni & quando habeat locum & consumpto turno Episcopi in una provisione, debet intrare Capitulum in alia.*

52 *Contrarium resolvitur, & probatur; & nn. seqq.*

Ibid. *Quæ dicatur simultanea, & quando acquiratur à jure vel consuetudine.*

Ibid. *Canonici contra suos Prælatos semper pertendunt infulas dilatare, & consuetudo unius Ecclesiæ non extenditur ad aliam.*

53 *Refertur assertio Capituli Abulensis circa concordiam, & alternativam Cathedralis, & etiam adducitur provisio Episcopi; & n. 54.*

55 *Ca-*

55 *Capitulum non potest concurrere mortuo Pontifice cum Episcopo in provisione beneficiorum ex dispositione juris communis, sed per privilegium, aut statutum specificum & confirmatum per Sedem Apostolicam, aut per consuetudinem legitimè praescriptam.*

Ibid. *Intelligitur* textus in cap. cum Ecclesia Vulterana de electione.

56 *Explicatur* textus in cap. 2. de concessione præbendæ.

57 *Explicatur* textus in cap. postulasti 25. de concessione præbendæ, *& ostenditur relationem simultanitatis non facere dispositionem.*

58 *Ostenditur in jure communi non esse cautum simultaneam beneficiorum in Cathedralibus pertinere ad Episcopum, & Capitulum simul; & quid sit præbenda.*

59 *Ad Prælatum tantum competit providere præbendas, & explicatur clausula,* interdum.

60 *Explicatur* textus in cap. si Apostolica Sede vacāte de præbend. & dignitatib. lib. 6.

Ibid. *Collatores ordinarij dicuntur Episcopi; & dicūtur collatores ordinarij, quia jure ordinario conferunt omnia beneficia Ecclesiarum suæ Diœcesis.*

61 *Quando Ecclesiæ Parochiales vacant in curia, Sede Papali vacante, provisio devolvitur ad Episcopū.*

62 *Explicatur* Lex Castellæ 9. tit. 14. part. 1. & L. 6. tit. 16. *& nn. seqq.*

63 Da-

63 *Dare, & donare, quid sit.*

64 *Quando ad aliquem actum alterius consilium requiritur, non urget necessitas, ut sequatur, nec per illud libera aufertur dispositio, nec electio desinit locum habere, cum pendeat ab ejus arbitrio.*

65 *Quando jubetur aliquid exequi cum consilio alterius, an teneatur illud sequi, & in Diœcesi sua Episcopus dicitur collator ordinarius.*

Ibid. *Quando mandatur aliquid fieri cum consilio alterius habentis prius potestatem expediendi dictũ actum, an actus sit validus inconsulto socio.*

66 *Omissio illius quod actui non est substãtiale, quanvis omittatur, actus non annullatur, sicut non est substantiale consilium alterius.*

67 *Explicatur* L. Castellæ 1.tit.16.part.1.

68 *Qualitas aut conditio aliquibus personis posita ad alias non extenditur.*

69 *Quando relatio fieri debeat ad verba antecedentia, & correctio legis est vitanda.*

70 *Consensus aliquando accipitur pro consilio.*

71 *Quando Episcopus, aut Prælatus teneatur provisionem facere cum consilio Capituli.*

72 *Concordia non obligat Episcopos successores.*

73 *Concordia non extenditur ad alium casum, sed est stricti juris; & solum comprehendit casum concordatum sicuti transactio, & concessa ad quatuor menses non extenditur ad alios.*

74 Cef-

74 *Cessantibus regulis Cancellariæ remanet legaliter, & absolutè expedita potestas ordinaria, & Episcopus facit provisionem de beneficijs, Sede Papali vacante, & quare; & n. 75.*

75 *Quando Papa est vivus, non est verisimile, quod intellexerit de mensibus reservatis, confirmando concordiam.*

76 *Explicatur indultum Cardinalis circa provisionem beneficiorum in mensibus reservatis circa simultaneam, turnum, & concordiam; & n. 77.*

78 *Nuntij, aut Legati quando possint beneficia providere; & n. 79.*

79 *Pontifex confirmando concordiam in certis mensibus, & quatuor non vult eam extendere ad vacaturam ortam post ejus mortem, nec ad menses suæ provisionis.*

80 *Vtrùm Capitula Ecclesiarum, quæ simultanea potiuntur, eam habeant à jure, vel privilegio, & ibi explicatur, & quid sit simultanea; & n. 81.*

82 *Capitulum an possit concurrere in mensibus alternativæ, & turni, ex ea, nec in illis habet Capitulum societatem, nec habent amplius, quàm quatuor menses ad conferendum, & non reservatos.*

83 *Electiones in se an sint individuæ; & n. 84. explicatur.*

85 *Ostenditur Capitulum non habere simultaneam ex juris communis dispositione.*

86 *Non exemplis, sed legibus est judicandum.*

87 *Cap tulum tantum habet simultaneam cum Episcopo intra quatuor menses Ordinarij, & non in alijs.*

88 *Explicantur verba,* quomodolibet & pertinebit.

Ibid. *Episcopus, & non Capitulum dicitur collator ordinarius, & Sede Papali vacante, tantum ad Episcopum pertinet provisio.*

89 *Episcopus succedit in provisione beneficiorum per obitum Pontificis; & in hac provisione non consumitur turnus, nec Capitulum potest concurrere.*

Ibid. *Gubernator Episcopatus potest comminationem inferre nomine Episcopi.*

90 *Episcopus habet jurisdictionem in Capitulum, & Canonicos.*

91 *Quando Capitulum mandata Episcopi non observat, nec provisum ab eo in beneficio admittit, impedit ordinariam jurisdictionem, & injuriam facit, & potest pro hujusmodi injuria authoritate propria procedere per censuras, & comminationes.*

92 *Explicatur textus in cap.* Romana *de sententia excommunicationis in 6. & proponitur, an valida sit excommunicatio contra unum Collegium, aut Communitatem, & resolvitur.*

93 *Canonici contraventionem facientes in pœnis comminatis incurrunt.*

94 *Comminatio, & excommunicatio trahit secum executionem,*

*cutionem, non obstante appellatione.*

95 *Adjuncti quando requirantur, ad hoc ut Episcopus procedat contra Canonicos; & n.96. & 97.*

98 *Quando Episcopus potest procedere, Gubernator, & Provisor habent eandem jurisdictionem.*

99 *Promotor fiscalis habet totam facultatem ad promovendum, & accusandum contravenientem.*

Ibid. *Episcopus solus de jure communi habet collationem omnium beneficiorum suæ Diœcesis, & non Capitulum; & n. 100.*

101 *Episcopus non facit benefitiorum provisionem, Sede Pontificia vacante, ratione turni, aut simultaneæ, sed jure proprio, & per subrogationem Pōtificis.*

102 *Episcopus facit provisionem, Sede Papali vacante, in mensibus reservatis, & non Capitulum.*

103 *Turnus, aut concordia non habet locum nisi intra quatuor menses ordinarios, & non in reservatis; & n. 104. & 105.*

106 *Explicatur* Serafin. 1. p. decis. 980. & 2.p.dec. 1402. *& ostenditur Capitulum non posse providere, nec dici ordinarium; & n.107. & 108.*

109 *Cessante consuetudine immemoriali, Capitulum non potest habere simultaneam cum Episcopo.*

110 *Clausula*, cessantibus reservationibus, *explicatur.*

111 *Negligentia, aut factum antecessoris non nocet successo-*

cessori, & quando dicatur intervenire possessio immemorialis, aut consuetudo; & n.112. & 113.

114 Vltimus status quando attendatur, vel non.

115 Comminatio excommunicationis quando sit licita.

116 Ignorantia quando excuset, vel non ab excommunicatione, & dicatur affectata; & n.117.

118 Provisio facta post contraventionem est nulla, & Capitulum non potest instituere, nec collare, & quando provisio dicatur clandestina, & attentata.

119 Provisio contra regulas Cancellariæ est nulla, & provisus dicitur intrusus.

120 Possessio non attenditur in beneficialibus, quando constat de defectu juris, & proprietatis.

121 Remedia possessoria sunt periculosa ad conscientiam in beneficialibus.

122 Non entis, & non apparentis idem est judicium; & non attenditur ad allegationem concordiæ, de qua non constat.

123 Exemplum concordiæ sine juris solemnitatibus non facit probationem, sed requiritur originalis; & n. 124.

125 Bullarum exemplum extractum ab archivo Capituli non probat pro eo.

126 Ad confirmationem concordiæ non attenditur, nisi constet de illa, & quando dicatur facta in forma communi, aut specifica, & n.127. & 128. & 129.

130 Con-

130 *Confirmatio non potest extendi ultra casus expressos in concordia, & natura confirmationis est addere robur confirmato, non autem illud extendere; & nn. seqq exornatur.*

139 *Occultatio instrumenti, aut concordiæ sufficit, ad hoc ut injusta foveatur causa.*

140 *Referuntur verba concordiæ.*

141 *Confirmatio semper reducitur ad supplicationem, & quando dicatur facta, & interveniat narratio; & n. 143.*

144 *Laudatur dignitas Pontificia; & n. 145.*

146 *In beneficijs Ecclesiasticis habet Pontifex plenariã potestatem, & dispositionem, & in componendis dissidijs, vitandis controversijs, & scandalis; & n. 147.*

148 *Explicatur clausula*, à quibusvis excommunicationis harum serie absolventes; *& n. 149.*

150 *Explicatur clausula*, hujusmodi supplicationibus inclinati concordiam confirmamus.

151 Quæcunque tamen licita, & honesta, *clausula explicatur.*

152 *Ac sacris Canonibus Concil. Trident. decretis minimè contraria; & n. 153. & 154.*

154 *Capitulum non potest instituere, nec approbare provisum.*

155 *Explicatur clausula*, reservationibus, & affectionibus Apostolicis semper salvis & illæsis remanen-

 manen-

manentibus, *ad favorem Episcopi, & comprehendere suam provisionem in mensibus reservatis, & non Capituli; & n. 156. 157. 158.*

159 *Quando provisio pertinet ad Episcopum jure proprio, aut communi, non habet locum turnus, nec Capitulum potest providere.*

160 *Ad hoc ut probet Bulla confirmationis concordiæ debet inspici ejus tenor, ex cujus lectura videri debet quid, & quomodo sit facta concordia, absque cujus productione non creditur relationi.*

1 PEriculosam descendo in arenam; nam inter Illustrissimum, & Reverendissimum Episcopum Abulensem, seu Avilensem, & Cathedralis Capitulum sum in jurgio; undique me venerationis vinculis video ligatum, volo incedere, sed elabor: ast vi, baculo Petri, & veritatis enixus, si verè gressus tendo, nulla subibo pericula; Cælum præstat iter, præclarissimus enim, ac illustrissimus Episcopus illius Diœcesis mihi jubet in medium proferre veritatis judicium; & optimo jure pro sua ordinaria jurisdictione, claviumque potestate, & provisione scribere cogor: & obedientia sit inferiorum gloria, ut inquit *Tacit. lib. 6. anal. Nobis obsequij gloria relicta est*, notavitque *Petrus Querada Pilo forens. cap. 22. n.* 38. Sic jubenti volens, lubensque parui·

rui; nihil enim mihi jucundius accidere poterat, quam grata ſic mihi impoſita neceſſitas dicendi veritatem, publica hac cultus, & obſervantiæ ſignificatione ſuam Celſitudinem proſequendi, & ſolum ſupereſt, ut inquit *Plin. epiſt. 1. lib. 1. Vt nec illum conſilij, nec me pæniteat obſequij*; nec illum de mandato pæniteat, nec me de obedientia. Fiducia autem mihi ſtyli, aut ingenij nulla eſt, ſed ejus benignitas, voluntas, & mandatum auſus meos provocat, ut in ſimili prorumpit in hæc verba Simmacus epiſt. 45. Minervæ.

Quoties erunt homines, teſte *Philoſopho Politicor. lib. 2. cap.* 3. diſcordiæ erunt, quæ ex ingeniorũ oppoſito genio, vel venantur, cum rotent iſta, ſunt diverſitatis rota. *Porcius Satyr. 1.* 2

*Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus,*
*Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.*

Et juxta Adagium *Terent. in Phormione, Quot homines, tot ſententiæ: Matthæu de regim Regni Valent. cap. 1. ſ. 2. n. 19.* vel ex voluntatum diſcordi ligamine foventur; diſcordare enim, teſte *D. Thom. 2. 2. q. 37. art. 1.* nihil aliud eſt, quàm recedere ab alterius voluntate, ſicut & concordia dicitur unio voluntatum, quæ utique inter homines priſcis temporibus firmitatem haud obtinuit, illo ſub fraterno fædere colligans, quinimo diſcordiæ, ac rixæ ſemper regnavere. *Juvenal. Satyr. 15.* 3

*Inter*

*Inter finitimos vetus, atque antiqua simultas;*
*Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.*

4 Nec mirum; natura siquidem humana prona est ad dissentiendum, & impingendum hæc in scopula vincent, ut notant *DD. per textum ibi in L. penult. ff. de acquir. rer. domin. Hodiern. contr. 37. n.* 13. ubi latissimè exornat; quod fortiori nexu procedit inter Capitula, & Tribunalia ex contentionibus, quæ inter illa revolvi solent, prout est *textus in cap. illud quoque 71. dist.* & in simili notat *Bobad. in sua Politic. lib. 1. cap. 16. n. 14.*

5 Sic est in proposito: hoc enim anno, & tempore præsenti in Diœcesi Abulensi alluvio jurisdictionalium contentionum suscitata est inter illius Episcopatus Gubernatorem, & Capitulum, orta absente Illustrissimo, ac Reverendissimo Episcopo sub perpetuo encomio ob animi integritatem, admirandam doctrinam, inexplicabilem in negotijs peragendis solertiam, morum probitatem, & acerrimam suæ Ecclesiæ, & jurisdictionis defensionem nunquam satis laudato: ex eo quia per obitum possessoris vacavit Archidiaconatus, & portio Ecclesiæ Cathedralis prædictæ Diœcesis die 29. Augusti hujus anni 1689. post Sũmi Pontificis Innocentij XI. mortem, ex qua vacant beneficia, dignitates, & portiones: ut tenent multi, quos *Ego ipse* refero *in tract. de maiorat. exclus. inclus. succes. & erect. tom. 2. cap. 9. n. 1.*

Va-

Vacante enim dicto Archidiaconatu, & portione, cujus provisio ad Illustrissimum Episcopum pertinere statim ostendemus, Capitulum præfatæ Cathedralis vulgariter significavit, se processurum ad portionis provisionem, quanvis dignitatem Archidiaconatus ad Illustrissimum Episcopum spectare profitebatur: quo intellecto à Gubernatore Diœcesis ab Episcopo deputato, mandatum expedire jussit, ut Capitulo, aut Canonicis notum fuisset, ne ad electionem, & portionis provisionem transiret sub obedientiæ, & excommunicationis pœnis, nec non denariorum quantitatis solvendæ in contravẽtionis casu; & in dicto præcepto fuit insertum fundamentum prohibitionis, videlicet, quia omnium vacantium beneficiorum provisio ad Episcopum de jure pertinebat, & Sede Papali vacante, spectabat, prout est indubitabile apud DD. de quibus infra. 6

Præcedente Capituli notitia hujus comminationis, januis, & portis clausis, ne mandati notificatio facta fuisset, insimul Canonici convenerunt, & ad electionem, provisionemque portionis processerunt, necnon ad possessionem in personam Francisci, qui nulliter provisus fuit, non obstante dicta notitia Gubernatoris præcepti, & impedimento facto, ad hoc ut citatio intimaretur: quo casu legitimè dicendum esse existimo, talem citationem dici 7

C fa-

factam, & comminationem intimatam, quia cum culpa, clandestinatione, impedimento, & facto Capituli non potuerit officialis dictum mandatum intimare, in ejus odium tanquam impedientis dictam intimationem, debet pro intimato haberi, ut censuit *Rota in Astoricens. Parrochial. 1. Julij 1619. coram Burat. inter ejus impressas decis. 416.* prout impediens citari, habetur pro legitimè citato. *Cap. quoniam frequenter §. porro de lite non contestata, Tiraquel. in tractres inter alios acta vers. limita 12. Lancelot. de attentat. p. 2. cap. 4. n. 106. Gratian. Forens. cap. 66. n. 32.* Quando enim per alium stat, quominus quid fiat, id utique pro facto habetur in illius præjudicium. *Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. glos. 10. n. 9.*

8 Episcopus autem Illustrissimus à sua Diœcesi absens, distans per fere centum leucas, in Curia Regis Serenissimi Petri Lusitani residens propter proprij Regis Catholici negotia expedienda, sicut legatus ab ipso Rege Serenissimo missus, de dignitate Archidiaconatus, & simul portionis provisionem fecit, & contulit Joanni, certioratus de utriusque vacatura, insciusque de attentata à Capitulo suæ Ecclesiæ provisione, & nullitate, & dictus Joannes provisus viam carpens, maiori, qua potuit, celeritate, Avilam versus accessit, collationisque titulum præsentavit cum litteris recõmendatitijs à dicto Illustrissimo Episcopo concessis, magnaque urbanitate

state suffultis, Decano, & Canonicis transmissis; Tituli veró virtute fuit admissus ad Archidiaconatus possessionem, sed exclusus à possessione portionis ab ipso Capitulo asserente possessionem ipsi denegari ratione provisionis, & electionis à Capitulo factæ in personam Francisci, & adeptæ possessionis, & ita resolutum apud Capitulum extitit. 9

Ecce controversiæ factum, & cum ex illo jus oriatur, *L. si ex plagis 53. §. in clivo ff. ad leg. Aquil.* cum alijs de quibus *Velasc. loc. commun. lit. I. n. 179.* pro veritate, & justitia resolvenda venit controversia præsens ad Illustrissimi Episcopi, ejusque provisi favorem, non obstante Capituli provisione. 10

Nam summus ille Pontifex Christus Dominus noster, à quo bona cuncta procedunt, reparationi nostræ salutis valdè pervigilans, post Incarnationis suæ mysterium, & post suæ vitæ cursum, in quo tot opera ad nostram Redemptionem fecit, totque miracula operatus est, duodecim Discipulos elegit, quos & Apostolos nominavit, quibus gregem ad spiritualiter pascendum traderet, quibus etiam mediantibus Ecclesiam suam sponsam, pulchram, & speciosam plantaret, illisque Spiritu Sancto repletis plenitudinem gratiæ donavit, non solum ut sibi proficerent, sed etiam ut suum gregem tuendum, & conservandum curarent, & in Sanctæ Ecclesiæ ovile omnium animos, & mentes per totum mun-

dum aberrantes introducerent in unitate Fidei, & Ecclesiæ: & post Salvatoris nostri mortem Ecclesia per universum orbem terrarum usque in ultimos fines dispersa ab Apostolis, & eorum Discipulis Fidem accepit, & ex Apostolis Petrum ad Ecclesiasticam Gubernationem, & Monarchiæ Evangelicæ perfectionem caput instituit, & Principem effecit, & post eum suos Successores; & crescente numero fidelium ortum fuit schisma, ex quo factum est, ut singulis Ecclesijs Episcopi designarentur, quibus cura, & regimen gregis dominici deputaretur, & Diœceses assignatæ fuerunt, ut latè diximus, & quamplurimis Doctorum allegationibus exornavimus in *tract. de compecent. inter Archiepiscop. & Nuntios cap 2.& 3.*

11 Et à primis Ecclesiæ cunabulis potestatem, ac jurisdictionem conferendi beneficia Ecclesiastica Petró, & ejus Successoribus collatam fuisse probatur ex *textu in cap. ita Dominus §. hinc enim dist.* 19. *cap. fin. dist.* 11. *cap. in novo dist.* 21. *cap.*1.*&* 2.*dist.*22.*cap.* 2.*de præbend.in* 6. *Clement.*1. *in fin.ut lite pendente*, & tenent alij, quos *Ego ipse* refero *in tract. de compet. inter Archiep.& Nunt. cap.*68.*n.*1.2. *&* 3. & ultra eos *Gambar. de offic. & potest. legati lib.* 5. *tit. an legatus possit plura beneficia uni conferre*, *Barbos.de offic.& potest. Episcop.allegat.* 57.*n* 1 *& de jure Eccles. lib.*3. *cap.* 13.*n.*15.*& seqq. Gonzal.in reg.*8.*Cancel.§.*1. *proæm. n.* 3.

*Garcia*

*Garcia de benefic.5.p.cap.1.n.1.Marsob.in praxi habendi concursum prælud.23.n.1.Tondut.quæst.benef.p.2.cap.3.§.1.n.1.*

Postea verò Sedes Apostolica concessit Episco- 12
pis, ut quilibet posset conferre beneficia in sua Diœcesi existentia,ad hoc ut absq;ulla restrictione, aut limitatione dicta beneficia providerent eadem potestate Pontificis,ex *textu in cap.de cætero,cap.Qui se scit in princip. 2.q.6.cap.multum stupeo 3.q.6.* ibi : *Vices enim nostras ita tuæ credimus potestati , & ex Flamin. Simonet.Palao, Barbos.Coron.* diximus *d.cap.68.n.4.de compet.* & ultra eos idem tenent *Hieron. Gabr. cons.197.n.3.& 9.lib.1.Gonzal.d.§.1.proæm.n.4.Marsob. d.prælud.23.n.3.*

Et magna cum difficultate Pontifices aliquando 13
gratias , aut reservationes aliquas concedebant ; qua de causa summæ authoritatis Authores affirmant , de hoc in Decretalibus nullam fieri mentionem ,ut est vulgare apud *Ioan. Andr. in addition. ad Speculat.in rubric.de conces.præbend.vers.sciendum est , Statil.de litter. gratiæ in prælud.n.2.Selv.de benefic.p.2.q.1.n.14.Gonzal.in reg.8.in proæm.§.1.n.23.& 24.Marsob.in prax.hab.concursus prælud.23.n.8.* ibi : *Raro Papa faciebat gratias beneficiales, & ideo in volumine decreti non tractatur de hac materia.*

Quanvis enim propositio hæc certiori nitatur 14
fundamento super difficultate , qua Pontifices gra-

tias, aut reservationes vacantium concedebant; attamen diversa extant Capitula, per quæ difficultas, qua fuere ampliata, comprobatur, & ad quod se tantummodo extensere, siquidem in principio sic fuisse introductum, & ab Ordinarijs postulatum, constat ex *cap. Capitulum cum seqq. de rescript.* postea verò ipsis jubendo, ex *cap. ex insinuatione eod. tit. cap. pro illorum de præbend. Clement. 1. de concess. præbend.* quousque aliquæ reservabantur provisiones, ut evenit à tempore Innocentij III. & colligitur ex *cap. cum dilectus de jure patron.* Et à Clemente IV. vacantes fuere reservatæ, quæ apud Sedem Apostolicam contigissent, ut in *cap. 2. de præbend. lib. 6.* At postea per Bonifacium VIII. fuit illis extensum, quæ extra Curiam intra duas dietas succederent. *Cap. præsenti eod. tit. Rebuff. in praxi benef. tit. de reservat. n. 2. Ludovic. Gom. in regul. de triennal. q. 31. Paris. de resignat. lib. 2. q. 16. n. 18. Tusch. lit. A. conclus. 76. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 7. cap. 30. q. 9. Zorolo in praxi Episcop. p. 1. verbo beneficium §. 2.*

15 Attamen labentibus annis Pontifices has provisiones per Cancellariæ regulas reservare incepere, quæ originem duxere à Joanne XXII. cujus electio initium habuit ab anno 1316. ut pro comperto habetur ex *Jacob. Castellano in compend. constit. Sum. Pontific. fol. 9.* quanvis videatur, quod quando dictæ regulæ fuerint exaratæ in anno 1322. factas fuisse af-

firmat

firmat *Burſat.conſ.126.n.18. verſ. quoad Joannem* ; & quod originem traxiſſe à tempore Ludovici Gomezij, ab eodem conſtat *in proæm.reg.Cancel. q.* 1. ibi : *Circa primam quæſtionem illud ſatis compertum eſt, regulas Cancellariæ à Joanne XXII. initium, & originem habuiſſe, nam in vetuſto quodam membrano codice (quæ vulgares quinternum Cancellariæ Apoſtolicæ vocant) primus omnium in ordine ponitur Joann. XXII. regularum Author, nec ante ipſum alius Summorum Pontificum invenitur, qui hoc prius tentaverit.*

Et in illis omnia electiva beneficia reſervavit Pōtifex, ut teſtatur *Barboſ.de univerſ. jure Eccleſ. d. lib.* 5.*cap.*13.*n.*37. ibi : *Demum à Joanne XXII. in Extravaganti ex debito de election. & à Benedict. XII. in Extravagant. ad regimen de præbend. reſervata fuerunt Apoſtolicæ Sedi omnia beneficia electiva.* 16

Affirmant aliqui à Nicolao I. anno 680. à Clemente V. anno 1305. alteri originem habuiſſe haud dubitantur, ut certioratum reperitur apud *Burſat. d.conſ.*126.*n.*18. *&* 19. *Anaſt. Germon. §. per quæ ſublata n.*30. *Gomez in reg. Cancell. in proæm. verſ. redeamus.* 17

Denique proviſiones iſtas per octo menſium curricula, Januarij ſcilicet, Februarij, Aprilis, Maij, Auguſti, Octobris, & Novembris extenſas fuiſſe ex *reg.*8.*Cancellariæ* tempore Clementis VIII. apparet ex verbis ipſius, quæ refert *Gonzal.in tract.præd.* 18

*reg.*

*reg.in fin.§.6.proœm.* & prædictam divisionem asseverat *Marsob.d.prælud.23.n.18.* qui *n.19.* postea menses inter Episcopos, ut invitarentur ad residendum in suis Episcopatibus, divisos fuisse sic testatur.

19 Et ex hoc fit, aliquos dixisse, Episcopos justissimè posse conqueri, quod tales fierent reservationes, cum ab eis tota pendeat provisio; præcipuè asseverantius ait *Abb.in cap.mandatum de rescript.in 6. notabil.n.2.vers.ex quo infertur*, quæ refert *Gregor. Lop.in l.1.tit.16.part.1.glos.1.verbo los Obispos circa fin.* quorum opinioni satisfacere contendit *Gonzal. in proœm.d.§.1. à n.28.* nec non *Marsob.in d.prælud.23. à n.13.& seqq.*

20 Ex hoc infallibili, certoque principio resultat, provisionem regulariter per jus commune Pontificibus pertinere, & Episcopis in suis Diœcesibus, illorum vices gerentibus. *Cap.omnes Basilicæ, cap.nullius omninò 16.q.7. cap.regendæ 10.q.1. cap. ex frequentius de institut. cap.cum ex juncto in fine de hæreticis, Felin. in cap.venerabilis n.31. de exception. Anton.de Prat. de jurisdict. Episcop. cap.1.n.1.& 2. Reginald. in praxi fori pænitent. lib.30.tit.3.n.239. Flam.de resignat.lib.1.q.10. n.49.& lib.7.q.14.n.7. Franc. Leo in theatr. fori Eccles. p.2.cap.3.n.21. Vugogolin. de potest. Episcop.cap.50. §. 1. n.1.Gonzal. in reg.8.Cancel.d.§.1.proœm.n.21.& 22.& glos.11.n.28.& 29.& glos.21.n.1. Garc. de benefic. p. 5. cap.1.n.52. Coch.de jurisd.in exemptos p.4.q. 25. Marsob. d.præ-*

*d.prælud.23.n.* 6. ibi : *Habent in jure communi Episcopi fundatam intentionem in jure conferendi omnia beneficia in suis Diœcesibus:Barbos. d.alleg.57.n.1. ad med.* ibi : *Omnium beneficiorum Diœcesi existentium collatio, & institutio de jure spectat ad Episcopos loci ordinarios , qui in jure conferendi beneficia existentia fundatam habent jure communi intentionem:Tondut. resol.benef.p.2.cap.3.§.7.n.1. Men.lib.1.variar. q.4.§.3.n.51. Lara de Capellan.lib.2.cap.10.n.3.*ibi : *Ex eo enim dicitur ordinarius collator , quia jure ordinario confert omnia beneficia Ecclesiarum suæ Diœcesis. Matut. disq. juris disq.2.per totam.*

Sic itaque,antequam Cancellariæ regula publicaretur,libere Episcopus,omnes provisiones in qualicunque mense facere poterat, & rationem præstat *Caput. decis. 214.n.5.p.2. Gom. de spectativ.n. 20. Gonzal.d.§. 1.n.22.Put.decis.492.n.3.lib.2. Crecen.decis.3. n. 4. de privil. Barbos.d. alleg. 57.n. 2. Marsob. d.prælud. 23.n.7.*ibi : *Vnde ante editionem regulæ Cancellariæ de mensibus, quæ nunc est nona, Episcopi poterant conferre in quolibet mense.* 21

Et ne mirum:nam Episcopalis dignitatis immensum Oceanum tranare , illius encomia à jure præscripta triturare, & diversos titulos ei attributos delineare mihi in corde haud residet ; sed ad nostrum propositum dicendum est , quod sit Vicarius Pontificis , ut ait *Gonzal.d.§.1.proæm.n. 6. Marsob. d. prælud.* 22

*lud.* 23.*n*.4. & in sua Diœcesi habet potestatem ordinariam, & idem potest, quod Pontifex in universo orbe, exceptis his, quæ specialiter à Pontifice fuerint reservata, *Argum. text. in cap.ad hominem de authorit. & usu pal. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. c.50. vers.ex his, Zambar. de offic. legati à latere n.466. & 476. & post Sot. Albens. & alios Enriq. in sum.lib.1.de Sacram. cap.35.cap.2.lit.D.Suar.tom.4.de pœnit.part.2. disp.25.sect.1.n.15.& de legib.lib.6.cap.14.sub.n.3.Sanch. de matrimon. lib.5.disp.61.n.3.Barbos.de univer.jur.Eccles. lib.1.cap.1.n.29.& cap.8.n.20. & Nos* dixmus *Forens cap.13.n.5.&* Me citato hoc loco *Frass.de reg. patron.cap.13.n.33.*

23 Et ideo Episcopus vocatur Pontifex, *Cap.Pontifices q.1.& in cap.Messana de elect. & in cap. quia periculosum de sent.excommunicat.lib.* 6. & Maximus Pontifex appellatur ab *Isidor.in cap.Cleros vers.Pontifex autem dist.21.Barbos.de univers. jure Eccles.d cap.* 8. *n.* 31. & etiam Summus Sacerdos, *Cap.1.§.per frontis de sacros. unione cap.ult.33 q.1.Perus.decis.72.n.11.Azor.mor. p.2.lib.3. cap.27.q.1.Pacian.de probat.lib.2.cap.28.n.* 8. nonnunquam Princeps Ecclesiæ, *glos.1.in cap.Ecclesia 35 dist.* Columna Ecclesiæ, & Pupilla oculi Dei, *Pacian.d.lib.2.cap.28.n.12.* & antiquitus nuncupabatur Papa, ut apparet ex *lib. 2. epist. 7. Sancti Cypriani Episcopi Carthaginensis*; ejus sic habet inscriptio: *Cypriano Papæ Presbyteri, & Diaconi Romæ consistentis*

*tis salutem*: refertur in *cap.absit, dist.*50.& notant *Pamel.in annot.ad Cyprian.tom.*1. *epist.*31. *Ras. Chopin. de sacra politic.lib.*3.*tit.*1.*n.* 14. & Sanctissimus etiam dicebatur, *Authent.de sacros.Episcop.collat.* 9. *Clem.* 1. *§. nuper de pœnit. Pacian d.cap.* 28. *n.* 12. sunt loco Apostolorum, ut *in d.*21.*§.in novo vers. cæteris, & vers. Episcopi quoque dist.*18.*cap.ult.dist.*68.*cap.quanvis, Cõcil.Trident.sess.*23.*cap.quoniam* 4. *§. proinde, Paul. Galeat. de jure public.lib.*3.*tit.*7. *n.*3. *& tit.*19. *in fine*: in Hispania, & Lusitania datur Senhoria, *L.*18.*tit.*1.*lib.* 4.*recopil.ubi Narbon.glos.*1.*Garc.de nobilit.glos.*48.§.3. *n.*55.*Valenç.cons.*12.*n.*65. & habent alia titula, de quibus *Quezada Pilo contr.*3.*n.*11. *& seqq. Salzed. theatr. honor.glos.*22. & tenent alij, quos *Ego ipse* refero in *tract.de compet.inter Archiep.& Nunt.cap.*44.

Et quanvis pro parte Capituli possit opponi, tex- 24
tus, & doctrinas supra relatas, quibus nititur, Episcopo in sua Diœcesi vacantium pertinere provisionem; neutiquam loqui in præbendis, Canonicatibus, & portionibus, sed tantum in beneficijs, atque ita comprehendere non posse portionem, quæ diversam habet naturam ab eis: nihilominus tamen contrarium est dicendum, & non solum comprehendere beneficia, sed etiam præbendas, Canonicatus, & portiones, quod multis comprobatur fundamentis.

Primo, quia quando lex generalitèr loquitur, ge- 25

neralitèr debet intelligi, etiamsi maior sit, vel diversa ratio in uno casu, quàm in alio. *L. de pretio ff. de publican. l. qui usumfructum ff. de verbor. obligat. l. in fundo ff. de supellect. leg. l. 3. ff. de offic. Præsid. c. si Romanorum 19. dist. Vicent. Fusar. de substit. q. 394. n. 56. & 57.* Et procedit, quanvis materia sit odiosa. *Cravet, cons. 118. n. 14. Vicent. Carroc. sing. 224.*

26 Secundo, quoniam nulla debet fieri distinctio inter casus, de quibus lex non agit. *L. non distinguimus ff. de recept. arbitr. l. 2. §. convenire ff. de judic. l. quod prohibet ff. de postul. l. illam cod. de collat. cap. solitæ de maiorit. & obedient. cap. quia circa 22. de privil. Surd. cons. 51. n. 7. & 340. n. 2. Monet. de distribut. quotid. p. 2. q. 2. n. 37. Argel. de legit. contrad. q. 20. n. 14.*

27 Tertio, quia verbum, Beneficium, est generica dispositio, sub qua comprehenduntur præbendæ, Canonicatus, portiones, mediæ portiones, & etiam Episcopatus; omnes sunt beneficiorum species: qua de causa præcisè comprehendi debent in dicto verbo tanquam in suo genere, quia comprehendere debent omnes species, *L. omnes cod. de præscript. l. juris gentium §. sed si fraudandi in fin. ff. de pact. l. si quid earum §. interemptum ff. de leg. 3. Gratian. discept. Forens. cap. 79 n. 8. & cap. 862. n. 36. Mar. Anton. variar. lib. 7. resol. 33. n. 2. & in n. 3.* ampliat etiam si in una specie sit maior ratio, quàm in alia, ex *textu in l. 1. §. quod autem ff. de aleator. Surd. decis. 255. n. 20. & cons. 359. n. 19.*

Et

Et in terminis, quod in appellatione beneficij comprehendantur beneficia, tam maiora, ut sunt Papatus, Episcopatus, Archiepiscopatus, & Abbatiæ, comprobat *Garc. de benefic. p. 1. cap. 6. num. 2.* quam cætera omnia, quæ vocantur inferiora, præbendæ, & dignitates. *Glos. in reg. beneficium, & in cap. si gratiosæ verbo, beneficia, de rescript. cap. 1. verbo, beneficia, de rerum permutat. in 6. Clem. 1. verbo, beneficiali, de causa possessionis, Abb. in cap. postulasti n 2. de rescript. & ibi Dec. n. 12. & in rubr. de rescript. n. 2. Rebuff. in praxi tit. quid sit beneficium n. 10. & in reg. Cancellar. de unione glos. 2. Mand. ad Lap. alleg. 84. lit. C. Cardin. Thusc. concl. 59. lit. B. Saagum. in cap. fin. de sequestr. possess. n. 20.* & nullis ex his relatis *Selv. de benefic. tract. 41. à n. 1. & seqq. usque ad 32.* & illum non referens *Garcia de benefic. 1. p. cap. 4. n. 37.* 28

Et in *n.* 38. in idem discurrit ibi: *Idem non propriè, sed propriè, quia beneficium est genus. Cap tua de verbor. signific. cap. si tibi de concess. præbend. in 6. Rebuff. d. n. 1. 5. & 6.* & ita omnes species propriè comprehendit, ut recte advertit *Dec. d. n. 12.* & idem tenent *Innoc. in cap. fin. n. 1. de præbend. Franc. in d. cap. cum illis n. 5. eod. tit. Staphil. de litter. gratiæ §. 1. n. 2. Frechil. in cap. admonet de renuntiat. n. 3.* dicens sub verbo beneficium ex proprietate sermonis omnia beneficia comprehendi. 29

Et magis individualiter, quod sint beneficia, præ- 30

bendæ, & Canonicatus Ecclesiarum Cathedraliũ, & portiones, affirmat *Hostiens. in cap super inordinata n.9. de præbend. Joan. Andr. ibi n. 4. Marsil. lib. de reddit. Eccles. p. 1. cap. 14. n. 19. Loter. de re benef. lib. 3. q. 5. à n. 1. Filuc. de benef. d. tract. 41. cap. 1. à n. 7. & seqq.* & eodem modo nuncupantur in *l. 1. tit. 16. part. 1. & in l. 9. tit. 14. ead. p.*

31 Sic etiam, cum per Summum Pontificem aliquod concedatur indultum conferendi omnia beneficia, in eo comprehenduntur omnes dignitates, *Cap. dudum de præbend. in 6. ubi glos. verbo beneficia, Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 6. n. 24. Staphil. de litter. gratiæ §. 1. n. 2. & 3. & §. circa tertium n. 1.* Et maximè si in ipsa Ecclesia non sint alia beneficia simplicia. *Loter. d. q. 5. n. 18.* Et si simile coarctetur indultum, ut in eo præbendæ, & Canonicatus non comprehendãtur, tendit solummodo ad Episcopi præjudicium, & propter illud coarctari debere, ut asseverat *Rebuff. in concord. in forma Vicariatus n. 113. & 114. Crecent. decis. 1. n. 1. Anast. Germon. de indult. Cardinal. §. ac irritum à n. 31.*

32 In portionibus absque dubitatione comprobatur; quia portionarij sunt Ecclesiarum Cathedralium beneficiati, & Assissij, seu Mansionarij dicuntur, quia continuò, & assiduè in Choro divinas laudes persolvunt, & altaris ministerio inserviunt, *glos. in cap. um ad hoc de Cleric. non resid. verbo assissios, Flamin-*

*min. de resignat. benef.lib.2.q.5.n.155. Stephan.Gratian. discept.Forens.cap.397. à n.49. & seqq.* & optimè *à n. 57. Filuc.de benef.tract.41.cap.1. n. 17.* optimè *Marsob. in praxi hab. concursus prælud. 21. per totum*, & inde in Roma vocantur Beneficiarij: in Hispania, & Lusitania Portionarij. *Azor. instit.mor.cap.9.q.1.*

Et prædictorum ea est ratio: quia omnia benefi- 33
cia, in quibus comprehenduntur præbendæ maiores, & minores, & Episcopatus, ut dictum extat, eandem habuere originem; ortum enim adepti fuere ex portione Canonica assignata ministris Ecclesiæ in stipendium laboris ex oblationibus à fidelibus factis, & ex illis unam partem Episcopi in cultum, ædificationem, & conservationem Ecclesiæ consumebant, alteram in alendos ministros ipsius Ecclesiæ, alteram in suæ familiæ sustentationem, alteram denique in pauperes, aliosque pios usus; postea vero à Sylvestre Papa in *cap. 4. suorum decret.* separata fuit portio Canonica, quæ tribueretur ministris, & erecta fuerunt beneficia, ex quibus seorsim Clerici vivere potuissent, quia antea collegialitèr exigebant, notant *Azor.resol.mor.lib.3.cap.1. q. 1.& lib.6.q.1.Læs.lib.2.cap.4. dub.6.Toled.lib.5.cap. 76. Filuc. d.tract.de benef. à n.2.*

Et etiam quia præbendis, Canonicatibus, portio-
nibus, & cæteris Ecclesiæ dignitatibus pertinet be- 34
neficij diffinitio, quod est munus, vel gratia benevola

nevola in aliquem collata, *L.1 .ff. quibus cauf.* explicat *Selv. de benefic. p.1. cap.1. n. 1. & feqq. Filuc. d. tract. 41. n.1. & l. Castellæ 1. tit. 16. part. 1.* ibi : *Beneficio , tanto quiere dezir como bien hecho ; estos son en la Santa Iglesia de muchas maneras :* & idem procedit , quanvis dicatur, quod fit jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclefiafticis ob aliquem effectum fpecialem, *cap. relatum de præbend. & ex Hoftienf. Innoc. Selv. & alij Filuc.* ubi proximè *n.* 4.

35 Et pro coronide hujus fundamenti , & ad comprobationem , & qualificationem fuperius relati ponderatur , & in admirationem cogimur , nullum reperiri Doctorem ex fupradictis affirmantem , regulam 8. Cancellariæ, præbendæ , Canonicatus , & portionis nullam facere mentionem , nifi tantummodo beneficiorum Ecclefiafticorum, ibi : *Omnia beneficia Ecclefiaftica cum cura , & fine cura ;* & fic à fortiori intelligendum eft, fub his verbis dictas præbendas effe comprehenfas.

36 Ex hoc infertur , competere , & ex jure communi provifionem Canonicatuum , dignitatum , & portionum Ecclefiarum Cathedralium folummodo Epifcopis in fuis Diœcefibus pertinere , & quanvis ex dictis maneat fatis comprobatum , non poffe Capitulum concurrere cum Illuftriffimo Epifcopo in provifione facienda , aut inita : nihilominus tamen id etiam oftendemus ex juris noftri normis, & com-

communi Doctorum calculo; circa quod est videndus textus expressus in *Auth. ut determinatus numerus Cleric. collat. 1. in princip. col. 2.* ubi anteaquam Ecclesiæ Cathedrales erigerentur, electio, & nominatio Clericorum maiorum, & minorum ad Episcopos tantum expectabat, & loco Clericorum maiorum Canonici postea fuere subrogati, & ideo vocantur Clerici primi gradus. *Innocen. in cap. Sedes 15 n. 2. vers. & possunt dici Clerici de rescript. Tholos. syntagm. jur. lib. 15. cap. 23. n. 16.* & cum illis *Loter. de re benef. lib. 3. q. 5. n. 6.*

Et ex jure Canonico est textus expressus singularis, & in terminis à nullo per *Me* viso allegatus *in cap. post electionem 7. de concess. præbend.* in quo continetur, quod cum vacaretur Archidiaconatus Riquimundæ, Archiepiscopus Eboracensis sua propria liberalitate ipsum providit, & illius collationem, & institutionem proviso fecit, præcepitque, Ecclesiæ Capitulum eundem in possessionem mittere provisum, cujus mandato contradixit Capitulum, asseverans, se habere privilegium, in casu quo Archiepiscopus in personam idoneam provisioné non faceret, & in titulo ab illo facto non loqueretur cum Decano, & Capitulo, se posse providere; & sic executioni mandarunt, nitentes, supra relatas qualitates omnino defecisse; qua de causa cum ad Summum Pontificem esset occursum, fuit deci- 37

E sum;

sum, legitimam reputari electionem ab Archiepiscopo factam secundùm juris normas, & jussum est, provisum à Capitulo super hoc nil ampliùs demorari, nec verbum ullum edere ulteriùs ausus esset.

38 Et ex alijs quamplurimis juribus sic tenent, & concludunt in terminis *Compostell. in cap. cum Ecclesia Vulterana n.1. & 2. de elect. Bellam. decis. 69. n. 2. Caput. dec. 214. à n.5. p. 2.* & idem probatur ex resolutione *decis. 86. ejusdem p.1.* quæ ambæ in provisionibus præbendarum loquuntur. *Marsob. in d. praxi hab. concursus d. prælud. 23. n.1.* ubi loquitur de dignitatib. & benef. & in Præstamera loquens *Matutæ disquis. legal. disq. 2. per totam.*

39 Et inde evenit, quod mortuo Pontifice, cessant regulæ Cancellariæ, quæ solummodo permanent, dum Pontifex vivit, & publicari non revertuntur; quod ordinariè accidit sequenti successoris die, ut tenent præcitati DD. & multis *Aug. Barbos. d. alleg. 57. n.60. per totum*, & cæteri proximè citati; omnes provisiones, quæ successerint, vacante Sede Apostolica, simpliciter ad Episcopos pertinent, tanquã ad jus commune redeuntes. *Germin. cons. 96. & in cap. si Apost. de præbend. lib.6. Rebuff. in praxi benef. tit. de reservat. n. 36. Gonzal. in reg. 8. Cancel. glos. 5. n. 46. Garc. de benef. 5. p. cap. 1. à n. 646. Aug. Barb. de potest. Episcop. alleg. 57. n. 62. vers. unde infertur, & in vers. cum autem sequenti,* ibi: *Ideo Sede Apostolica vacante*

*cante omnes menses sunt Ordinariorum, possuntque Episcopi tanquam ad jus commune redeuntes providere de beneficijs vacantibus in quolibet mense; & de univers. jure Eccles. lib.3.cap.13.n. 95.* ibi: *Beneficia etiam reservata quovis modo vacantia, Sede Apostolica vacante, liberè confert Episcopus, quia tunc cessant regulæ reservatoriæ, & omnes menses sunt Ordinarij, possuntque Episcopi tanquam ad jus commune redeuntes providere de beneficijs vacantibus in quolibet mense. Lara de anniverf. lib.2.cap.10.n.8.* ibi: *Confert etiam Episcopus omnia beneficia suæ Diœcesis quolibet mense vacante Sede Apostolica; & n 9. Potest Episcopus in mensibus Domini Papæ conferre præbendas. Zerol. in praxi benef. verbo beneficium in princip. Men. lib.1. variar.q. 4.§.3.n.51.* ibi: *Nota etiam, quod Sede Pontificali vacante extinguitur dicta reservatio, & alternativa, & Episcopus poterit conferre ex potestate sibi data à jure communi. Vivian. de jure patron. lib.5.cap.5.num.16. vers. dubitatio vera,* ubi ijsdemmet verbis, & loquitur in vocatione Archidiaconatus *Caput decis.86.p.1.* ubi in Canonicatu decisum *idem in decis.214.* ubi etiam in Archidiaconatu, & ambæ sunt pulcherrimæ, & *Matutæ disq.2. & d. disq.52. à n.25. ubi de Præstamera,* eleganter *CoKier. ad regul. Cancel. Apost. in commentar. in princip. n.3. usque ad 7.* ubi sic scriptum reliquit: *In primis notandum, quod omnis jurisdictio, & potestas disponendi de beneficijs à principio non Aposto-*

*lis, sed Petro illorum Principi, à Christo data fuit, cap. ita Dominus §. hunc enim 19. dist. cap. fin. 11. dist. cap. in novo 21. dist. 10. Andr. in cap. cum ex eo n. 13. de pœn. & remiss. Gom. tract. de expectativ. n. 10. Ideo solus Papa initio nascentis Ecclesiæ ordinavit, & instituit Dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia cap. 1. & dist. 22. Selv. tract. de benef. p. 2. q. 22. n. 3. & consequenter ad solum Papam spectabat collatio omnium beneficiorum in urbe, & in toto orbe. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 10. n. 47. Argum. text. in d. cap. admonet 10. Selv. d. n. 3. Deinde Summus Pontifex concessit Archiepiscopis, & Episcopis facultatem, ut quilibet in sua Diœcesi beneficia ibidem consistentia conferre posset, cap. Decreto ibi: quæ vices suas, cap. qui se scit in princ. 2. q. 6. Hieron. Gabr. cons. 197. n. 3. & 9. lib. Simonet. tract. de reservat. q. 3. Flam. d. q. n. 49. per quam quidem facultatem seu concessionem Archiepiscopi, & Episcopi de jure communi habent fundatam intentionem in jure conferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis Diœcesibus existentia, cap. regenda 10. q. 1. cap. nullus omnino 16. q. 7. Gonzal. §. 1. proœm. in princ. ubi subjicit, quod ante impedimentum hujus reg. 8. reservatoriæ octo mensium, alijs reservationibus cessantibus Episcopi poterant conferre beneficia in quolibet mense vacantia, & habebant omnes menses liberos: Gom. d. tract. de expectat. n. 20. Crecent. dec. 3. n. 4. de privil. Unde morte Papæ conferrent omnia beneficia in utroque mense vacantia, cum reser-*

*vatio-*

*vationes expirent illius morte:Nicol. Garc. in tract. de benef. p.5.cap.1.§.11. n.645.* eleganter, & in specie similis controversiæ inter Episcopum, & Capitulum circa simultaneæ provisionis æquale privilegium, quod provisio, mortuo Pontifice, pertineret ad Episcopum, & non ad Capitulum habens privilegium simultaneæ, decisum refert *Emilio Veralo decis.*214. omnino videndus; nec non *Ferdinand. Matut. d.disq. 2. per totam, Eminentis. Cardinal. de Luca theatr. verit. & just.lib.12.de benef.disc.* 16. *n.* 8. ibi: *Unde Papali Sede vacante jus Ordinariorum revertitur ad primævos terminos juris communis; & disc. 31. n.4. & 5.* ibi: *Absolutum enim est beneficiale principiũ, quod Sede Papali vacante cessant regulæ Cancellariæ, ista præsertim mensium resultans à reg. 8. seu 9. quinimo etiam cessant omnes aliæ reservationes reales, vel personales, quæ non sint clausæ in corpore juris, sed resultent à regulis, ita per mortem Papæ cessatis, ut sunt illæ ratione collectoriæ, vel familiaritatis Papæ, aut ratione primæ dignitatis, ac similes, licet exinde quoad Ordinarios nullus resultet cessationis effectus ob affectionem, quæ adhuc remanet; ut in specie cessationis hujus regulæ 8. & 9. unde propterea tanquam per remotionem obstaculi integrum sit Ordinarij jus conferre in omnibus mensibus; & discurs. 31. & n.15. Caput. d.decis.214. Crecent. decis.3.n.4. de privil. Garc. d.cap.1.p.5.n.645. Gonzal. ad reg.8. Cancel. §.5. proœm.n.46. cum seqq. Rota coram*

 *Mer-*

*Merlin.decis.* 192. *n.* 4. *& omnes.* Atque ita ex dictis satis probatum, & exornatum extat, Sede Papali vacante, ad Episcopum beneficiorum, portionisque provisionem pertinere, & non ad Capitulum, licet simultaneam, turnum, aut alternativam habere conetur.

40 Hæc sententia tot rationibus fulcita, tantisque juribus, & Doctoribus exornata, & regula sic constituta, nititur, Reverendissimum Capitulum ad suum favorem limitari: & videbatur dicendum, limitationem in hac provisione locum habere, ex eo quia secundùm juris Ecclesiastici, & antiqui resolutiones provisio præbendarum, portionum, & beneficiorum in Cathedralibus est simultanea Episcopi, & Capituli, & ab utroque simul fieri debet in quocunque anni mense, quando vacaverint. Ita probatur ex *textu in cap. Ecclesia Vulterana de elect. cap. 2. de concessione præbend. cap. postulasti eod. tit. cap. si Apostolica Sede vacante de præbend. & dignit. lib. 6.* cum alijs *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 45. n. 36. Mantic. dec. 56. n. 20. Ludovis. decis. 45. n. 1. Loter. de re benef. lib. 2. q. 21. n. 8. Garc. de benef. 5. p. cap. 4. n. 13.* qui pro parte Capituli allegantur; & ultra eos idem etiam probant multi citati apud *Aug. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 14. n. 2. & in cap. unic. ne Sede vacante lib. 6. n. 2. Ferrentil. in annot. ad Burat. decis. 805. lit. A. & n. 11. Prospero Fagnan. in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect.*

*n.* 11.

*n.11.Luca theatr.verit.& just.tom.12.tract. de benefic. discurs.1.22.& 30.*

Et ideo cum à jure eis competat provisio ex simultanea, turno, aut alternativa; uno impedito vel absente, alter solus confert ex *textu in cap. unic. in princip. ne Sede vacante lib. 6.* qui loquitur in collationibus simultaneis, prout inquit *Aug. Barbos. n. 1. & 3.* & tenent *Oldrad. Thusc. Flamin.* & alij, quos refert idem *Barbos. de canon. & dignit. cap. 14. n. 3. & 4. & n.13.* & ultra eos tradunt *Quarant. summa Bullarum verbo Capitulum §. quæ conclusio, Gratian. cap. 812. n.4. Valens. cons. 184. n. 68.* 41

Et divisio facta inter Episcopum, & Capitulum quoad beneficiorum, & portionum provisionem circa facultatem, & potestatem providendi à jure communi, non intelligitur divisa, sed potius in unoquoque conservatur in solidum, & apud utrumque est actus simultaneus indivisus, & tantum divisus respectu exercitij juxta concordiæ terminos inter eos initæ, ut tenet *Loter. de re benef. lib. 2. q. 21. n. 28. & 29. Barbos. de canon. d. cap. 14. n. 4. Garc. de benef. 5. p. cap. 1. n. 299.* 42

Ex quo sequitur, quod stante reservatione virtute regulæ Cancellariæ facta circa octo menses provisionis, cessante hac reservatione per mortem Pontificis, ex qua extinguuntur, & annullantur regulæ Cancellariæ, ut jam diximus, & notat *Paris. de* 43

*de resignat.lib.*11.*q.*2.*n.*31. *Gonzal. ad reg.* 8.*Cancel.* §. 5. *proœm. n.* 2. in hoc casu jus providendi reducitur ad pristinum statum, & antiquam naturam, & omnes menses pertinent ad Ordinarium ex jure antiquo, semoto obstaculo regulæ Cancellariæ ex Papæ obitu, & redditur jus providendi ad Ordinarium. *Gonzal.d.*§.5.*n.*16.*& glos.*24.*n.* 14. *Loter. de re benefic. q.* 21.*n.*13.*lib.*2.

44 Et ita si Episcopus providet, intelligitur provisionem facere virtute dispositionis juris communis, & antiqui; & non ex facultate privativa, quia secundùm jus remoto impedimento ex obitu Pontificis, dispositio juris communis remanet indemnis, & omnes menses ad utrumque pertinent. *Garc. de benefic.* 5.*p.cap.*1.*n.*645.*Barbos. de jure Eccles. lib.*3.*cap.* 13. *n.*95.

45 Et ita Capitulum jure suo uti potuit, & portionem in facto enuntiatam providere, quia Sede Apostolica vacante, ut diximus, provisiones prædictæ debent observare ordinem; & dispositionem juris antiqui, secundùm quod intelliguntur devolutæ ad Electores, qui quidem erant Ordinarij tunc temporis, Episcopus simul, & Canonici, & per simultaneam debebant fieri, & in hac Abulensi Sede per turnum, & alternativam, quia hæc juris simultanea per concordatam inter Episcopum, & Capitulum transivit in alternativam, & turnum, quo nunc

potie-

potiebatur Capitulum, & ita potuit, & debuit facere provisionem portionis absque injuria juris Episcopi; & ad hoc allegantur verba concordiæ *in cap.* 2. ibi: *Quomodolibet aliàs ad ipsos pertineat, aut in futurum pertinebit*; & notatur verbum *quomodolibet*, juncto verbo *pertinebit*, quæ asserunt comprehendere provisionem cujuscunque præbendæ, in qua locum habere poterat simultanea provisio respectu illorum verborum, *ad ipsos pertineat*, in quibus comprehenduntur vacationes, quæ in quatuor mensibus succedere poterant, existente reservatione octo mensium, vivente Papa, & ita in dictis verbis *quomodolibet*, juncto *pertinebit*, comprehenduntur vacaturæ per obitum Pontificis, & pertinet provisio ad simultaneam ex juris communis dispositione, & ex concordia; ex quibus verbis *quomodolibet pertinentia* comprehenduntur qualiacunque beneficia, & præbendæ, quæ per qualemcunque modum ad simultaneam pertinent ex jure antiquo, consuetudine, aut privilegio, ex dictis *à Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 2. *per tot.* & *glos.* 5. & 6. *Barbos. dict.* 330. *n.* 31. & ita pertinet provisio ad Capitulum ex juris communis dispositione, consuetudine, & privilegio.

Confirmatur etiam hoc argumentum ex verbis 46
d. concordiæ in *cap.* 3. ibi: *Reputantur Ordinarij, aut reputabuntur*; in quibus videtur comprehendi

controversia præsentis casus: quia per Pontificis obitum omnes menses censentur Ordinariorum, ut fundat *Garc.de benef. 5.p. cap.1.n.615.*

47 Corroboratur etiam hæc doctrina exemplo Episcopi, qui simul est Cardinalis, & virtute privilegij habet omnium mensium provisionem, & quia hoc tantum producit effectum remotionis impedimenti orti ex reservatione, provisionem facit Cardinalis Episcopus, & Capitulum alternatim, ut decisum refert *Gonzal.reg. 8. Cancel. glos. 24. n. 59.* cujus etiam mentionem facit *Loter de re benef. lib. 2. q. 21. n. 105. & ex n. 126.* refert Urbani institutiones circa materiam, & ita sublata reservatione intrare debet alternativa.

48 Non obstante exemplo allegato à Reverendissimo Capitulo sumpto ex tempore cujusdam Episcopi prædecessoris, qui gaudebat alternativa solita concedi omnibus Episcopis residentibus; in illo ergo tempore quidam Canonicatus, seu portio vacavit mense Augusti, & ille Episcopus processit ad provisionem, eamque cum effectu fecit, & tempore possessionis reclamavit Capitulum, suspendens ab Episcopo provisi possessionem: ex eo quia in litteris pro titulo datis deficiebat clausula usitata, *Consumens pro ista vice turnum*; quia Capitulum in provisione proximè immediata vacationis in mense ordinario consumpserat turnum, & pertendit, Episco-

piſcopum etiam in illo caſu debere conſumere turnum, licet vacantia non contigiſſet menſe ordinario, ſed privilegiato, diciturque judicatum fuiſſe in Capituli favorem, ita quod adhibita clauſula ſupra notata in titulo, proviſus poſitus fuit in poſſeſſione, & non aliter.

Ex hoc exemplari arguit Capitulum, ſe poſſe 49
provideri de iſta portione, conſumendo turnum, quia ex illa probatur ſimultanea, ex dictis à *Burat. deciſ. Rotæ* 805. *n.*3. *Bichio dec. Rot.* 436. *n.* 24. *&* 7. & ita capienda eſt interpretatio, ut talis alternativa, & ſimultanea ſuſtineatur, licet unus tantum provideat. *Barboſ. de Canon. d. cap.* 14. *n.* 4. *Loter. de re benef. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 31. *&* 33. *&* 91. *Tondut. quæſt. benef. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. eleganter *Cavaler. deciſ.* 235. nihil ſuffragante exemplari Eccleſiæ Salmaticenſis circa turni cōſumptionem, quia eſt caſus diverſus: quoniam licet, vacante Epiſcopatu, Capitulum proviſionem feciſſet, & non fuiſſet conſumptus turnus; nihilominus tamen eſt res penitus diverſa præſentis controverſiæ; ex eo quia vacante Epiſcopatu manet facultas providendi diviſa quoad exercitium inter Capitulum, & Epiſcopum, & in ſolidum pertinet ad Capitulum proviſio, & proviſionem facit quaſi utriuſque nomine per jus accreſcendi propter defectum, & non exiſtentiam ſocij, nempe Epiſcopi. *Barboſ. de Canon. cap.* 14. *n.* 13. *& ſeqq. Gonzal. gloſ.* 45. §.

*3.n.34.Garc.de benef.5.p.cap.* 1.*n.* 33. ubi decisum refert in una Salmaticensi, & faciunt jura ab argumento in *L. Plautius* 19.*ff. ad l.falsid.l.7.§.ultim. l. si communi de stipulat. servor.*

50 Et cum concursus turni sit respectivus ad Capitulú, & Episcopum, dari non potest deficiente uno, ut colligitur ex *Papin.in l.2.§.ult.ff.qui potior. in pign. habeant.* ubi negat, dari potiorem existente uno solo, quia tunc non tam potior, quàm solus dicitur; facit etiam ad argumentum *L.utrum 9 ff.de assignat. libertor.*

51 Atque ita vacante Sede Papali non deficit in nostro casu concursus Episcopi, & Capituli, à quibus fieri debebat provisio simultanea, si non obstaret concordia aliter disponens, ex qua executio, & exercitium divisum invenitur, non obstante consideratione facta ex eo, quia si Capitulum non consumit turnum procedens ad provisionem vacante Episcopatu in rigorosa juris ratione, quia providet nomine utriusque ex consolidato jure; *Garc.de benefic.5.p.cap.10.n.243.* attamen in Ecclesia Salmaticensi procedit secundùm tenorem concordiæ *in cap.* 7. cui standum est; & tamen in hoc casu Capitulum consumit turnum. Hæc ratio probat, male factam esse provisionem, consumpto turno, & ita providere debet Capitulum de ista portione consumendo turnum, & virtute concordiæ, & juris dispositionis

nis videtur dicendum, bene amplecti Capitulum Abulense regulam generalem, quod semper Episcopus & omni tempore possit providere, debet vigere alternativa turnalis, etiam Sede Papali vacante; quia hunc effectum producit turnus, de quo & ad varias quæstiones agunt DD. per *textum ibi in Authent. de defensorib. Civitat.* §. *interim*, & *in cap. fin. de consuetud. lib. 6.* & *ibi Barbos. in collect. n. 7. Burat. dec. 195. n. 2. Monet. de option. Canonicor. cap. 1. q. 2. n. 21.* & *cap. 5. q. 1. n. 15.* latissimè *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 45.* §. *1. per totum*, & §. 3. Et turnum habens, dicitur totum jus habere, & solum dominus provisionis, *Gonzal. d.* §. 1. & *n. 15.* & §. *3. n. 42.* & stante divisione turni, jus præsentandi in totum spectare debet pro hac vice ad Canonicos existentes in eodem turno. *Garc. de benef. 5. p. cap. 1. n.* 708. Multoties decisum in Rota refert *Eminentissimus Cardinalis Octobonus* (nunc jam Dominus noster, & ad Sedem Pontificiam electus) *dec. 90. num.* 3. Et ita cum consumptus fuisset turnus Episcopi in una provisione, in alteram, & præsentem debet intrare Capitulum, ut prosequitur idem *Octobon. d. dec. 90. n. 2.* & *per tot. Gonzal. d.* §. *1. n. 12.* & *seqq.* & 58. & §. 3. *n. 2.* de qua re *Ludovis. dec. 95.* & *ibi Oliver. Beltram. in addit.*

Sed his omnibus non obstantibus, nostra regula 52
est verissima, ut jam dictum extat, & statim dicemus in responsione ad argumenta; & antequam ad

 illam

illam deveniamus, notandum, & supponendum est. Primo, Capitulares dicunt, tẽpore antiquo viguisse vel jus, vel consuetudinem simultanitatis in Ecclesia Cathedrali Abulensi, ita quod vacantibus Canonicatibus, & portionibus, Episcopus cũ Capitulo providebat; hujus autem modi simultanea nominatur, de qua agunt jura, & DD. quos *Ego ipse* refero *in tract. de compet. cap.* 68. *n.* 10. *Barbos. d. cap.* 14. qui quidem in pluribus Hispaniarum Ecclesijs inconcusse observatur, cæterum non in omnibus, neque in omnibus Regnis, & Provincijs, ut statim dicemus; propter quod accuratè, & non otiosè diximus, *vel jus, vel consuetudinem simultanitatis*: quia si per jus aliquod hoc provisum foret, pari passu in omnibus Ecclesijs de simultanea esset praxis, maximè quando experientia docet, Canonicos contra suos Prælatos semper pertendere infulas dilatare, & est certum, quod consuetudo unius Ecclesiæ non extenditur ad aliam. *Rosa de executor. lit. Apostol. cap.* 5. *n.* 171.

53 Secundo supponitur, & notatur, quod Capitulares asserunt, inter Capitulum, & Episcopum Abulensem factam fuisse conventionem, seu concordiam penes provisiones in mensibus ordinarijs faciendas, scilicet Martij, Junij, Septembris, & Decembris de transigendis juribus simultaneæ, ita quod fierent per alternativam, non mensalem, sed per

per turnum in ſingulis vacantijs, taliter quod ſi in menſe Martij, vel Septembris ( & ſic de alijs ) vacarent duo Canonicatus, vel portiones, viciſſim, & alternatim provideret Epiſcopus unam, conſumendo turnum pro illa vice, & Capitulum alteram ſimilitèr, de qua concordia non conſtat, & ſine illius exhibitione nihil de ea curandum, ut dicemus infra.

Tertio ſupponitur, prædictum Epiſcopum ante obitum Papæ circiter duos annos conſumpſiſſe turnum, quia providit de altera portione vacante, & extunc uſque adhuc nullam aliam fuiſſe, atque ita Capitulum videbatur eſſe in turno conſtitutum virtute memoratæ concordatæ. 54

Quibus ſic ſuppoſitis, jam conſtat de notorio jure Illuſtriſſimi Epiſcopi, prout in regula dictum eſt, & late exornatum; & revertendo ad argumentorũ reſponſionem certum eſt, ut jam fundavimus, Capitulum non poſſe concurrere, mortuo Pontifice, cum Epiſcopo in proviſione beneficiorum ex diſpoſitione juris communis, neque per alium modum, niſi per privilegium, & ſtatutum ſpecificum, & confirmatum per Sedem Apoſtolicam, aut conſuetudinem legitimè præſcriptam; quod probatur ex ijſdem juribus, quæ in contrarium allegavimus, & pro parte Capituli attulimus; nam textus *in cap. cum Eccleſia Vulterana de elect.* loquitur tantum eo caſu, 55

quo

quo Capitulum habeat consuetudinem præscriptam legitimè probatam, ut in 1.p. textus ibi: *Eum per testes longe melius sic probatum, quàm Canonici supradicti*; & in 2.p. ibi: *Quod in Tuscia generalis consuetudo servetur.*

56 *Textus in cap. 2. de concess. præbend.* idem inquit; quia non dicit, quod pertinet Capitulo, sed si ei pertinuerit, ut patet ex verbis textus ibi: *Quod si ad Capitulum pertinuerit*; & si ei pertineret per juris communis normas, non loqueretur textus per dicta verba; & ita intelligendum est etiam privilegium, aut consuetudo, casu, quo existeret.

57 *Textus etiam in cap. postulasti 25. de concess. præbend.* non probat intentum ex duabus rationibus. Una, quia ubi fit relatio simultanitatis inter Episcopum, & Capitulum, est in enarratione, & propositione facta Summo Pontifici. Altera, quia non asserit, pertinere Capitulo ex jure, sed potius conditionaliter, ut patet ibi: *ut cum pertineat*; quæ verba non sunt dispositiva, sed tantū suppositiva per aliquem titulum, aut consuetudinem, quod supponi non potest in dicto textu, quia non solum per partis suppositionem, verum etiam per legem suppositionis non probatur intentio *L. ex facto à 1. ff. de hæred. instit. l. generaliter §. si is qui tutorem ff. fideicom. libert. Surd. decis. 195. n. 8.*

58 Et quanvis ex hac textuum responsione superflua erat

erat continuatio ; quia ex illa ostenditur nihil obstare argumentum, in quo profitetur à jure communi provenire simultaneam, quod in jure non est cautum, ut fatetur *Barbos. de Canon.cap.*14.*n.* 1. sed tantum pertinere ex consuetudine, aut privilegio, ut tenet idem *Barbos. de jure Eccles. lib.*3.*cap.*13.*num.* 25. *Tondut. quæst. benefic.* 2. *p. cap.* 3.*§.*8.*n.*23. ex quibus cessat argumentum: nihilominus tamen est videndus doctissimus *Anast. Germon. in paratr. ad lib.* 1. *decretal. in tit. de præbend. & dignit. col.* 2. *ad med. in nova impressione*, ubi ita scriptum reliquit: *Est autem præbenda viris idoneis, & qui possunt servire conferenda, cap.*35. *& qui resident in loco, ac curam ejus per se valent exercere, cap. relatum supra titulo proximo. Confertur regularitèr à Prælato ipsius Ecclesiæ, in qua collatio fieri debet, cap. ex frequentib. & cap. ad decorem infra tit.* 2. *quemadmodum & Ecclesiarum collatio, quæ ad Prælatum jure ordinario spectat, cap. cum nos supra de offic. ordin. cap. si quis Episcopus, & cap. pervenit* 1. *q.*3. *tametsi contrarium moribus interdum sit receptum, cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. in* 6. *cap. nulla de concessione præbend.* sive jure speciali, *cap. cum venisset, infra tit.*2. interdum ad Prælatum, & Capitulum, *cap. postulasti d. tit. de concess. præbend. tit. de his quæ fuerint à Prælato sine consens. Cap.*

Et est notandum, quod dicatur, Prælato tantùmodo pertinere regularitèr præbendas, & dignita- 59

tes conferre, Capitulum verò solummodo concurrere posse ex consuetudine, aut jure speciali, & hoc non semper, sed interdum; cujus dictionis natura est denotare exceptionem, & raritatem in actu, & supponere regulam in contrarium, *L. interdum in princip. & ibi gloss. de condit. indebit. l. interdum, & ibi Salicet. ff. qui potior. in pign. habeant. l. interdum ff. de minor. l. interdum ff. de usufruct. accrescend. l. interdum ff. de furt. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 224. Menoch. cons. 99. n. 197.* & alij quamplurimi.

60 *Caput, si Apostolica, Sede vacante, de præbend. & dignitat. lib. 6.* applicari non potest in favorem Capituli, nec in illo reperitur verbum de collatoribus ordinarijs, sed solum in illo comprehenditur, mortuo Pontifice, aliquo beneficio vacante in Ecclesijs Parochialibus, liberè conferri posse per eos, ad quos pertinet, & ad Episcopum spectare haud dubitatur, cui absque dubio vacantes devolvuntur, ut supra late fundavimus; & idipsum præcipuè debebat intelligi, quanvis diceret, *Collatores ordinarij*, isti enim, Episcopi sunt, *cap. novit. de his quæ fiunt à Prælat. Lara lib 2. de anniverss. cap. 10. n. 3.* ibi: *Ex eo enim dicitur ordinarius collator, quia jure ordinario confert omnia beneficia Ecclesiarum suæ Diœcesis. Garc. de benef. p. 5. cap. 1. n. 101. & 102.* & eleganter, ac peroptimè *dictum caput, Apostolica, Sede vacante*, explicans *Gonzal. in reg. 8. Cancell. §. 5. proæm. à n. 25.* sed me-

melius *n.* 27. *ubi quod Episcopus confert beneficia vacantia in Curia, mortuo Pontifice, tanquam collator ordinarius.*

Sed notantèr in eodem casu vacantium Ecclesiarum Parochialium in Curia, quod provisionis devolutio Episcopo pertineat, asseverantius ait *Tondut. quæst. & resolut. benef.* 2.*p.cap.*3.*§.*2.*n.* 43. cujus verba omitti non possunt, resolutionem quæstionis explicantia ibi: *Secundo cessant reservationes etiam in corpore juris clausæ, si agatur de Ecclesijs Parochialibus vacantibus in Curia, Sede Pontificia vacante; nec non quoad illa, quæ vacaverunt ante obitum Papæ, si de illis per Papam ante obitum non fuerit ordinatum, & tali casu Episcopus potest illa liberè conferre, & providere Ecclesias Parochiales absque aliquo reservationis impedimento: textus est expressus in cap. si Apostolica* 35. *de præbend. in* 6. 61

Et minus refragatur *L.*9.*tit.*14. *Castellæ part.* 1. & *L.*1.*tit.* 16. *ead. part.* imò potiùs leges illæ evidentèr probant, omnium beneficiorum, & præbendarum provisionem per jus commune ad Episcopos spectare; Capitulis verò, ut eligere possint, nec in electionibus intervenire, nullam concedi facultatẽ; & per illas leges manifestè probatur, sine fundamento juridico, nec ulla justificatione, Capitulum ad illarum provisionem fuisse introductum. 62

Primo: quia quod in *L.*9. continetur, est dicere, 63

 super

ſuper datione beneficij, facta ab Epiſcopo, cum Capitulo conſultum ire, quando ipſa dederit; donare autem à jure Epiſcopi pendet, & ſi ita non fuiſſet, lex verbo illo *dare* non uteretur; quia nemo poteſt alteri dare, quod ipſe non habet, *L. traditio ff. de acquir. rer. domin. l. ſi filius cod. de donat. l. nemo plus ff. de regul. jur. & cap. nemo plus eod. tit. Bellam. conſ. 10. n. 10. Roman. conſ. 159. in princip.* & ſolum diceret, beneficiorum dationem ad ambos ſpectare.

64 Secundo: quia quando ad aliquem actum alterius conſilium requiritur, cum non urgeat neceſſitas, ut ſequatur, *cap. cum olim de arb. & ibi DD. l. cum pater §. mando de leg. 2. Anton. Auguſt. Collect. Decretal. lib. 1. tit. 25. cap. 4. Dec. ex cap. ex parte n. 3. de conſtit. Covarr. in cap. quanvis pactum 2. part. 2. §. 2. n. 6. & 7. & de pact. Gutier. de tutel. 1. p. cap. 8. n. 5.* nec per illud libera aufertur diſpoſitio, nec electio deſinit locum habere, cum pendeat ab ejus arbitrio, ut eſt textus ſingularis in *cap. 1. de Capellis Monach.* & per eum notat *Anton. Butr. n. 5. in fin. & Abb. n.* 3. & tunc collatio dicitur expectare ad ſolum Epiſcopum.

65 Tertio: quia abſque dubio proponitur, cum jubeatur aliquid exequi cum conſilio illius, poteſtatem liberè diſponendi habentis à jure conceſſam, ſcilicet quando Epiſcopo præcipiatur, qui in ſua Diœceſi collator eſt ordinarius, ut notantèr in hoc caſu tenet in terminis ex *Felin. Abb. & Immol. Gonzal.*

*zal. in reg.* 8.*Cancel.glos.* 4.*n.*17. ibi: *Secunda limitatio est, quando mandatur aliquid fieri cum consilio alterius habentis prius potestatem expediendi dictum actum liberè sine tali consilio, veluti si Papa mandet alicui collatori ordinario, quod provideret de prima vacatione cum consilio Sempronij absque appositione decreti, quod aliter facta provisio sit irrita, & nulla; nam tunc actus valet ipso jure, licet sit factus inconsulto Sempronio.*

Et est ratio; quia omissio illius, quod actui non 66
est substantiale, quanvis omittatur, ipsum actum non annullat. *Thom. de Thomascet. reg.* 217. Sic itaque valere non desinet in casu, quo cum alterius cõsilio executioni mandaretur, nullatenus fieret, quia non est de substantialibus, *Bald in l. fin. §. necessitate n.*16.*cod de bon.quæ liber. Archidiacon. in cap. Episcoporum* 18.*dist.n.*2. *Menoch.de præsumpt. lib.*2.*præs.*34.*n.*23. *& seqq.* qua ratione *l.*9. nec obstat, nec obstare potest, imò etiam totalitèr per jus commune Capituli excludit pertensionem.

Nec etiam obstat prædicta *Castellæ l.*1.*tit.* 16.*part.* 67
1. quoniam eodem modo in manifestam Capituli venit exclusionem, comprobans jus, quod Episcopis pertinet de jure communi, quia per expressa verba ratiocinatur, non solum Canonicatus, & portiones beneficia esse, sed etiam ad Episcopos expectare illorum provisiones, ibi: *Ca en las Iglesias Ca-*

*thedrales, y Conventuales han Canongias, o raciones, estos beneficios devenlos dar los Obispos*; & hic non requirit, quod sit cum Capituli consensu.

68 Illico lex prosequitur, dicens: In Ecclesijs, ubi non adfuerint Episcopi, Prælatos maiores, Abbates scilicet, Priores, & cæteros, quibus incumbat à jure talia beneficia providere, cum Capitulorum suorum consensu ea donare posse; hoc diversimode intelligitur, supposita qualitate consensus Capituli, quod ad Episcopum nullatenus extendi debet: qualitas enim, aut conditio aliquibus personis posita, ad alias non debet extendi, ut est textus expressus in *L. quæ conditio 39. ff. de condit. & demonstr.* ibi: *Atque conditio ad certas personas accõmodata fuerit, eam referre debemus ad eum dũtaxat gradum, quo hæ personæ sunt institutæ, l. filius à patre 18. §. si quis ex certa ff. de liber. & posthum.* docent *Alciat. respons. 69. n. 16. & resp. 529. n. 9. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 68. & in lib. 1. cap. 5. n. 36. Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. n.* 102. videndus *Cassan. cons. 4. n. 42.*

69 Et hoc est indubitabile, ex eo quia dictam qualitatem, & consensum tantummodo ponit lex in diversa clausula, ut est, quando loquitur de Abbatibus, & Prioribus; atque ita non debet fieri relatio ad verba antecedentia, ubi absolutè, & absque qualitate aliqua Episcopis electio datur, ut probatur ex *L. quoties 2. ubi Bald. cod. de fideicom. Mier. de maiorat.*

*maiorat.2.p.q.4.illat.8.n.* 12. & necessariè ita intelligenda est dicta lex, quia alio modo erant contrariæ dicta lex Castellæ cum alia *L.9. tit.* 14. *part.* 1. & ad evitandam contrarietatem, quando per ipsammet legem non recognosceretur loqui in istomet casu, ita intelligi debebat, ad hoc ut excluderetur contrarietas, & correctio legislatoris in re, & materia antea resoluta ex *textu in l.nam ad ea ff.condit.& demonstr.* & ad utrumque optimè *Giminian.consf.*72.*col.* 2.*in fin.* & bene considerat *Cravet. consf.*307.*n.*3.

Aut ad minus, quando supradicta locum sibi non vendicarent, dicta qualitas, & consensus intelligi debent de consilio, ut in *d. l.* 9. *Castellæ*; nam consensus aliquando accipitur pro consilio, *Hostiens. in cap. cum olim n.* 7. *ubi Abb. n.* 5. *de arbitr.* & dantur quamplurimi casus, in quibus licet consensus requiratur, potest omitti ejus petitio. *Abb.* ubi proximè. 70

Ultraquamquod, neque etiam in Abbatibus, & Prioribus d. lex profitetur, esse secundùm jus cómune ejus petitionem, neque etiam ut per illud habeant Prælati facultatem providendi præbendas, sed tantum supponit lex jus particulare, ut patet ex verbis d. legis ibi: *Assi como son los Abbades, o Priores, o otros homes de qualquiera manera que sea, que ayan derecho de los dar*; & si eis pertineret facultas à jure communi, non profiteretur textus verba: *que ayan derecho*; sed, *que la tienen*; & ita lex facit relationem 71

*thedrales, y Conventuales han Canongias, o raciones, estos beneficios devenlos dar los Obispos*; & hic non requirit, quod sit cum Capituli consensu.

68 Illico lex prosequitur, dicens: In Ecclesijs, ubi non adfuerint Episcopi, Prælatos maiores, Abbates scilicet, Priores, & cæteros, quibus incumbat à jure talia beneficia providere, cum Capitulorum suorum consensu ea donare posse; hoc diversimode intelligitur, supposita qualitate consensus Capituli, quod ad Episcopum nullatenus extendi debet: qualitas enim, aut conditio aliquibus personis posita, ad alias non debet extendi, ut est textus expressus in *L. quæ conditio 39. ff. de condit. & demonstr.* ibi: *Atque conditio ad certas personas accõmodata fuerit, eam referre debemus ad eum dũtaxat gradum, quo hæ personæ sunt institutæ, l. filius à patre 28. §. si quis ex certa ff. de liber. & posthum.* docent *Alciat. respons. 69. n. 16. & resp. 529. n. 9. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 68. & in lib. 1. cap. 5. n. 36. Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. n.* 102. videndus *Cassan. cons. 4. n. 42.*

69 Et hoc est indubitabile, ex eo quia dictam qualitatem, & consensum tantummodo ponit lex in diversa clausula, ut est, quando loquitur de Abbatibus, & Prioribus; atque ita non debet fieri relatio ad verba antecedentia, ubi absolutè, & absque qualitate aliqua Episcopis electio datur, ut probatur ex *L. quoties 2. ubi Bald. cod. de fideicom. Miër. de maiorat.*

*maiorat.2.p.q.4.illat.8.n.* 12. & necessariè ita intelligenda est dicta lex, quia alio modo erant contrariæ dicta lex Castellæ cum alia *L.9. tit. 14. part.* 1. & ad evitandam contrarietatem, quando per ipsammet legem non recognosceretur loqui in istomet casu, ita intelligi debebat, ad hoc ut excluderetur contrarietas, & correctio legislatoris in re, & materia antea resoluta ex *textu in l.nam ad ea ff.condit.& demonstr.* & ad utrumque optimè *Giminian.cons.72.col. 2.in fin.* & bene considerat *Cravet. cons.307.n.3.*

Aut ad minus, quando supradicta locum sibi non vendicarent, dicta qualitas, & consensus intelligi debent de consilio, ut in *d. l.9. Castellæ*; nam consensus aliquando accipitur pro consilio, *Hostiens. in cap. cum olim n.7. ubi Abb. n.5. de arbitr.* & dantur quamplurimi casus, in quibus licet consensus requiratur, potest omitti ejus petitio. *Abb.* ubi proximè. 70

Ultraquamquod, neque etiam in Abbatibus, & Prioribus d. lex profitetur, esse secundùm jus cōmune ejus petitionem, neque etiam ut per illud habeant Prælati facultatem providendi præbendas, sed tantum supponit lex jus particulare, ut patet ex verbis d. legis ibi: *Assi como son los Abbades, o Priores, o otros homes de qualquiera manera que sea, que ayan derecho de los dar*; & si eis pertineret facultas à jure communi, non profiteretur textus verba: *que ayan derecho*; sed, *que la tienen*; & ita lex facit relationem 71

tionem ad privilegium particulare, & quanvis dicat, *segun derecho comunal*, est, quia Ecclesiæ, in quibus Abbates habent privilegium circa eligendi, & providendi potestatem, sicut jus suum non est tam qualificatum, ut est jus Episcoporum, debent facere provisionem cum Capituli consensu, ut probatur ex eleganti textu *in cap. ea noscitur de his quæ fiunt à maiori parte Capituli*; in cujus specie inquit Pontifex, quod in certa Provincia, ubi aliqui Prælati jus præsentandi habebant, quia solebant oriri aliqua litigia, statuit, provisionem faciendam esse cum assensu suorum Collegiorum; sed quo ad electionem Episcopi non datur textus in jure communi, ex quo quæstio terminetur; & ita resultat verbum *segun derecho comunal*, Legis partitæ, intelligendum fore tantum in Abbatum electionibus, & non in nostro casu, in quo datur diversa ratio, & dispositio, & succedit regula *textus in l. Papinianus ff. minoribus.*

72 Nec refragari potest quo ad Capitulum illud quod diximus de effectu concordiæ, nam ultraquamquod talis concordia non obligat Episcopos successores, *cap. innotuit* 20. §. *quando autem de electionib. gloss. in cap. ultim. verbo figura, & verbo licet successor de hæretic. in* 6. *Loter. de re benef. lib.* 1. *q.* 29. *n.* 26. & de ratione *q.* 38. *n.* 31. *Fermosin. de Sede vacante* 1. *p. q.* 4. *n.* 88.

Dicta

Dicta concordia non fuit inita circa caſum, de 73
quo controvertitur ſpecifice: quo caſu licet concordia fuiſſet à Summo Pontifice confirmata, non officit Epiſcopo ſucceſſori, qui valet providere, ſervato jure ordinario, de quo non fuit facta concordia, ſed tantum de certis menſibus, ultra quos extenſio admitti non poteſt, ex dictis à *Roxas deciſ. Rot.* 211. *n.* 4. 5. *&* 6. & cum ex concordia Capitulum non habet jus ad proviſiones, niſi in menſibus Ordinarij concordatis, in quibus aliàs habebat ſimultaneæ privilegium, de qua, & de poteſtate ordinaria Epiſcopi inter utrumque facta fuit jurium tranſactio, tantum in plurimum potiri turno alternativæ concordatæ poterunt in menſibus Martij, Junij, Septembris, & Decembris, Sede Papali plena, non verò in menſe controverſo, & ita ad iſtorum, & cæterorum menſium proviſiones nullum jus eſt in Capitulo, ſicut non erat ante concordiæ factionē, quia eſt ſtricti juris talis concordia, & tranſactio, & ſolum comprehendit caſum ſpecialitèr tranſactum, & concordatum, & non extenditur ad res, neque ad caſus in ea non comprehenſos, ut multis juribus, & Doctoribus elegantèr probat, & exornat *Valeron. de tranſact. tit.* 5. *q.* 2. *n.* 1. *& per tot.* & ultra eos *Vrſiol. de tranſact. q.* 4. *n.* 64. *& q.* 81. *n.* 5. *& ſeqq. & per tot.*

Atque ita tantum proviſio pertinet ad Epiſco- 74

pum, im quo semper residet ordinaria potestas providendi, licet impedita, non autem adempta, vel derogata per Cancellariæ regulas, quæ cessant mortuo Papa, ut jam diximus, & statim sublato impedimento remanet legalitèr, & absolutè expedita potestas ordinaria, quæ quidem non residet apud Canonicos, qui solum habent jus providendi in dictis mensibus ordinarijs, & vivente Pontifice, sed non postquam ultimum diem clausit extremũ, quia de jure communi, ut jam dictum extat, omnes menses pertinebant ad Ordinarium, & Pontifices tantùm reservarunt octo menses ad suam provisionem ex Cancellariæ regulis, quæ cessant per ejus obitum, & provisio devolvitur ad Episcopum, atque ita cessat qualiscunque concordia, indultum, aut privilegium concessum ad similem provisionem in suis mensibus, quia qui illud habuerit, non potest habere maius jus, quàm Pontifex habebat, & ad aliud non extenditur, nec ad vacaturam supervenientem, Sede Papali vacante; ad quam non extenditur concordia, nec indultum, sed provisio ad Ordinarium pertinet, & ad Episcopum devolvitur ex juris communis dispositione, ut in terminis tradit *Paul. Æmilio Veral. decis.* 214. *per tot. p.* 2. ubi testatur, judicatum ita fuisse ad Episcopi favorem; & elegantèr etiam probatur in simili à *Ferdinand. Matut. de Azeved. Regni Ceciliæ Consultore in disquis. lega-*
*lib.*

*b. disq. 2. per tot.* ubi postquam fundavit nostram resolutionem, ad rationem sic ita reliquit scriptum. *Neque credendum est, Pontifices Ecclesias liberas fecisse patronatus, neque aliud sui censisse, quàm præsentationem in mensibus suis, & cum in eadem qualitate, ac jure, quo Pontificibus competebat, id autem erat per regulas Cancellariæ, ut supra diximus, & cum istæ, ac reservationes morte Summi Pontificis defecerint ex superioribus, deficit utique & jus Excellentissimi Domini procedens ex jure Papæ: igitur cum præstimonium, de quo agitur, vacaverit, Sede Apostolica vacante; præsentatio Excellentissimi Domini de eo facta in dictum Doctorem nullius fuit momenti, tanquam sine jure; & ultra terminos suæ concessionis.*

Atque ita, Sede Papali vacante, pertinet provi- 75
sio ad Episcopum, & cessat effectus concordiæ, quæ non extenditur, licet sit confirmata à Summo Pōtifice ad menses, in quibus Sedes Papalis est vacans; nec intelligendum est, habuisse respectum ad vacationem Sedis, sed tantum ad menses, in quibus Summus Pontifex inter vivos existeret, ut in terminis tradit *Caput. Veral. decis.* 86. ubi ita fundat, *& n.* 4. judicatum refert, & rationem præstat in hæc verba: *Cum Papa esset vivus, non est verisimile, quod intellexerit de mense Januarij, qui per regulas erat reservatus, nec fuit ejus intentionis, ut haberet respectum ad vacationem Sedis, & ita decisum*

*fuit in causa Aritini Canonicatus, & praebendae coram Domino Guidonobo 21.Novembris 1551.*

76 Nec praedictis quidquam adversatur exemplum provisionis Cardinalis, sed potius ad favorem provisionis Episcopi retorquetur, quia deficit simultanea, turnus, & concordia in mense controverso, & etiam illa existente aliud sentit, & pro nostra opinione resolvit *Loter.* pro parte Capituli allegatus *de re benef.lib.2.cap. 21.n.115.& seqq. & n. 126.* allegat Bullam Urbani VIII. ex qua sublata fuit controversia, ut etiam tenet *Amindem. de offic. datar. lib.1.cap.29.q.* 34. ubi agit de controversia inter Cardinalem Borja Archiepiscopum de Cevilha cũ Capitulo illius Sedis, & protestationes ab eo factas refert *n.5. vers. verum, & seqq. usque ad fin. & per tot.*

77 Confirmatur deinde: quia nullus dubitat, sed potius pro parte Capituli fatetur, Cardinales Episcopos, Sede plena, per privilegium Papae providere omnia, & singula beneficia vacantia, prout etiam tenet *Loter.* ubi supra.

78 Nuntios etiam legatos posse per privilegiũ providere de aliquibus beneficijs modo non excedentibus 24. scutis, similiter nullus in controversiam adducitur, prout testantur DD. quos *Ego ipse* refero *in tract. de compet.cap.66.& 68.*

79 Apostolica tamen Sede vacante, Cardinales non desi-

desinunt providere sine alternativa, vel simultanea Canonicorum in octo mensibus beneficia vacantia, prout testatur *Loter.* ubi supra; Nuntij verò legati tempore vacationis Sedis Apostolicæ non solum non provident de aliquo beneficio, imò neque de provisionibus cogitant, optimè enim sciunt ad Ordinarios pertinere ex juris dispositione, prout dictum est; & ratio disparitatis est clara: quia Sede vacante, Cardinales, non ut tales, sed ut Episcopi provident; quod cessaverit privilegium, uti & eodem modo in Nuntijs legatis cessavit, & non provident, quia aliam non habent authoritatem nisi à privilegio concessam, & cum in concordia non videatur admissa facultas providendi per turnum, Sede Papali vacante, qua durante, pertinet provisio ad Episcopum, in cujus præjudicium non potest observari concordia ultra casum expressum in illius serie; nec intelligendum est, Pontificem extendere generalitatem dictæ concordiæ ad vacaturam ortam post mortem Pontificis, nec extendi ad menses suæ provisionis, & facultatis à jure concessæ, ex dictis in *cap. quanvis*, & in *cap. si propter de rescript. in 6. Argel. de legit. contrad. q.* 15. *art.* 5. *n.* 113. *Gonzal. in reg.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœm.* præcipuè *n.* 24. & est elegans *decisio Rotæ* 442. 1. *p. divers. Salgad. de supplicat. p.* 2. *cap.* 34. *n.* 149.

Et licet maximum dubium sit, utrùm Capitula 80

Ecclesiarum, quæ simultanea potiuntur, eam habeant à jure, vel à privilegio? De qua quæstione agunt *Barbos. de Canon. & dignit. cap.* 14. & alij à *Me* citati *in tract. de competent. cap.* 68. *n.* 10. Nihilominus tamen quo ad nostrum casum, & præsentem controversiam, agendo de utraque origine: Si à jure est, nullus dubitat, Episcopum esse primum, & principalem electorem, intentionemque habere fundatam, & Canonicos coelectores, qui ad provisionem procedere non possunt, nisi Ordinario convocato. *Glos. in cap. à collatione verbo Prælatis de appellat. lib.* 6. *Abb. in cap. auditis n.* 4. *de electione, Barb. de Canon. d. cap.* 14. *cap. cum in Ecclesijs de præbend. lib.* 6. *cap. coram, cap. quia propter, §. illud de electione, cap. quod sicut, vers. vocatos eod. tit. cap. quanvis de offic. Ordin. lib* 6. *Labor. variar. tit.* 14 *cap.* 17. *n.* 17. *Tamborin. de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 3. *Anton. Garuc. de voce Canonicor. in Capitulo cap.* 7. *Mantic. decis.* 288. Et hoc significat verbum, *simultanea, glos. Celebris in cap. cum Ecclesia Vulterana, verbo postulavit de electione, cap. postulasti de conceß. præbend. cap. final. de supplend. negligentia Prælator. cap. cum Ecclesia. Subtrina de caus. poßeß. & proprietat.* ibi: *Vos convenientes in unum.* Alias pænas à jure inflictas usurpantibus ordinariam potestatē subire debent Canonici.

81 Si à privilegio originem trahit, ita similiter debebant procedere, quia amplius privilegiati illo uti

non

ıon possunt nisi secundù n suam expressionem cap. ›orro de privileg. & quidquid sit de hac resolutio-ıe; omnes fatentur, simultaneam ex privilegio ›rocedere, & si illud esset in nostro casu, Apostolica Sede vacante, cessare tale privilegium, & talem :oncordiam non obesse, ex dictis affirmamus; sicut :essat privilegium Cardinalium, Episcoporum, & Nuntiorum legatorum circa provisionum subjectā nateriam. Atque ita non potest Capitulum uti pri-'ilegio, nec concordia, quia illa habet originem . privilegio simultanitatis, quæ cessat, cessante pri-'ilegio, & tempore vacantiæ Sedis Apostolicæ, & imiliter cessant regulæ Cancellariæ, mortuo Pon-ifice, & omnes provisiones ad Episcopos respecti-'è in suis Diœcesibus pertinere ex dictis profiten-ur Doctores supra relati; & ita non obstante dicta oncordia, & exemplo, privilegioque, injustè pro-'isionem fecit Capitulum, inscio Illustrissimo E-›iscopo talis vacantiæ, & provisum in possessionem dmisit clandestinè, clausisque januis intimationē Gubernatoris non accepit, non obstantibus funda-ıentis pro sua parte consideratis.

Neque etiam obstare potest illud fundamentum 82
ırtum ex societate provisionis, quia si talis socie-as existeret in illa forma considerata, etiam Capi-ulū pertendere poterat concurrere in mensibus al-ern ativæ concessæ Episcopis propter residentiam,

*Mar-*

*Marçob. in praxi exigendi concursum prælud. 23. n. 19.* sed in illis non habet societatem, nec communionem, nec aliquam participationem, prout tenet *Amindem. de offic. datar. lib. 1. cap. 29. q. 34. n. 6. vers. cui denique Papa, Flores de Men. lib. 1. variar. q. 4. §. 3. n. 50.* ibi: *Cæterum collatores etiam si ordinarij sint, non habent amplius quàm quatuor menses ad conferendum, quia non reservantur in alternativa.* Ergo ultra illos quatuor menses, Sede Papali vacante, non potest Capitulum providere, neque in mensibus reservatis, ex dictis *n. 108. 109. & n. 158.*

83 Et quanvis electiones in se sint individuæ: nihilominus tamen quando jura habent differentiã, non datur communitas, nec societas in provisione existit, prout est in nostro casu; quia Episcopus habet intentionem fundatam in jure communi, Capitulum verò in jure privilegij particulari. Optimè *Port. de consortibus, cap. 33. n. 16. & seqq. usque ad fin.* ubi multis fundamentis, & quamplurimis Doctoribus hanc defendit sententiam.

84 Et licet electiones sint individuæ respectu facti; respectu usus, & temporis, in quo faciendæ sunt, & ad quod unicuique jus competat, sunt dividuæ, ut est in exemplo ususfructus, & aliorum jurium similium *ex l. 1. §. si ususfructus ff. ad leg. falsid. l. ususfructus 5. ff. de usufruct. Castilh. de usufruct. cap. 3. n. 22. Valent. in tract. de divid. & individ. cap. 3. per tot.* Atque

que ita bene poteſt Epiſcopus in una proviſione per turnum concurrere cum Capitulo ratione ſui privilegij; & ſecus in alijs diverſi temporis non cõprehenſi in turno, aut privilegio, ut eſt Sede Papali vacante, quia tunc per ſe ſolum providere poteſt. *Argum.textus in l.tutorem verſ.diſcreta ff. de his quibus ut indign.* ibi: *Diſcreta ſunt jura, quanvis plura in eadem perſona conveniʒent; Authent. ut judices collat.2.§.illud l.3.ff. de eo quod pro certo loco*, ibi: *Licet videatur una eademque poteſtas ubique eſt, Brito in reſponſ.pro Comite de Salinas in princip.n.*10. & ubi dãtur diverſæ rationes, debent conſiderari diverſi effectus, *L.ſi quis fundum* 33.§. *fin.ff.de fund. inſtruct.* Et ita ceſſant quæ pro parte contraria allegavimus, & jura pro ea adducta nihil obſtant; tum ex dictis, tum etiam, quia ad omnia reſpondet contra Capitulum, & ad favorem Epiſcopi *Amindem. in tract. de offic.& juriſdict.datar.lib.1. d. q. 4. à princip. uſque ad n.5.& ſeqq.* ubi etiam fundat caſu, quo Epiſcopus admitteret aliquas proviſiones Capituli.

Et ad hoc ut excludatur ſimultanea, & fundamentum adverſum, in quo profitetur Capitulum habere illam ex juris communis diſpoſitione, & quod non competat niſi ex privilegio, aut conſuetudine, facit dictus *Amindem. in n. 2. verſ. & hoc*; unam conſiderationem ſufficientem, ad hoc ut Capitulum à proviſione excludatur, & Epiſcopus ad- 85

mittatur, videlicet, quod si hoc jus haberet Capitulum ex jure communi, omnes Ecclesiæ Cathedrales illud habuissent, & omnes reservationes censerentur factæ non solum ad Episcopi favorem, sed etiam Capituli; & magna eruditione satisfit ad locum *Loter.de re benef.lib.2.cap.21.* pro parte Capituli allegatum, voluisse defendere contrarium, quanvis recognosceret, non existere textum juris communis ad favorem Capitulorum, nisi tantum unicam interpretationem doctrinalem. *Glos. in cap. cum Ecclesia Vulterana*, prout etiam fatetur *Barbos. de Canon.cap.* 14. sic concludit, & respondit *n.* 1. in hæc verba: *Capitula verò, & inferiores collatores non habent jus conferendi nisi ex indulto, sive consuetudine, ut late dicitur in supra allegatis Ferrerienſ. & Cremon. Canonicatum*, & *n.2.d.vers.* ibi: *Et hoc convincitur ex sola ratione, quod si simultanea competeret Capitulo de jure, hoc verificaretur in omnibus Capitulis, quia in jure Canonico, quemadmodum non legitur hujusmodi facultas alicui Capitulo ablata, ita pariter non legitur, quod jure omnibus fuerit concessa.* Et in n. 4. ibi: *Sed quoad authoritatem glossæ, quemadmodum dici possit competentiam hanc esse de jure; verum hoc subterfugium omnino frivolum est, nam tantum abest, quod glossa statuat jus, quod imò aliquando dicitur inepta, & fatua. Bald. in l. respublica cod. ex quib. caus.maior.*

Neque

Neque etiam obstare potest exemplum allegatū 86
de Episcopo prædecessore solitam alternativam habente, quia sunt diversi termini nostri casus, sed etiam quia ut constat ex facto proposito, ex quo patet dissimilitudo, & disparitas, & exemplum non facit legem, textum, neque sanctionem, ad hoc ut ex eo deducatur regula, sed potius contrarium certioratur, quia non exemplis, sed legibus est judicandum, *L. nemo cod. sentent. & inter loc.* & multoties lites deperduntur per injuriam, & malam defensionem, & ita exemplum etiam identicum non est sequendum, ut probatur ex *textu in cap. licet de sponf. duor.* & rationem præstat *textus in cap. cum ex litteris de in integr. restit.* ibi: *Quia sententia Romanæ Sedis non negatur posse in melius commutari; & ita observatum fuisse in multis casibus, & varijs Senatibus testantur Afflict. dec. 383. n. 8. Gramatic. decis. 103. n. 38. Christin. decis. 2. & est textus optimus in l. jure nostro ff. testam. tut.*

Et ita tantum intra quatuor menses Ordinarij, & 87
non extra illos, datur concursus, & consumitur turnus, ex *Gonzal. d. reg. 8. §. 4. proæm. per tot. & n. 24. Somoza de supplicat. 2. p. cap. 34. n. 149.* & provisio Capituli, aut turnus non habet locum in vacatura superveniente, Sede Papali vacante, quia pertinet privativè ad Episcopum, ut jam diximus, & cessant reservationes, & post electionem novi Pontificis de

novo in secundo die sui Pontificatus regulas Cancellariæ facit, & tunc ligant, & incipiunt de novo dispositiones suæ obligare, ut notat *Gonzal. ad reg.8.Cancel.§.5.proæm.n.53.& 54.* Atque ita infertur, concordiam, indultum, & exemplum, Sede Papali vacante, esse revocatum, sicut repugnans reservationi regulæ 8. & juri communi, ut patet ex regulæ 8. verbis, & defendit *Gonzal.ad d.regul.glos.36. per totam*, & præcipuè *n.22.usque ad fin. Garc. de benef.5.p.cap.1.n. 676.* & uterque ad omnia in contrarium respondet.

88 Minus officere potest argumentum deductum ex verbis concordiæ relatis *n.* 45. quia talis concordia non existit, & si appareret, intelligenda veniret tantum in mensibus concordatis, & expressis in illa, & non in alijs reservatis; & verba, *quomodolibet & pertinebit*, de quibus in dicta concordia, ex sua natura restringuntur secundùm subjectâ materiâ, ut loquendo in similibus verbis declarat Cardinalis *Thusc.lit.D.concl.355.n.16.* & ita tantum in mensibus concordatis producere debent effectum, & non in vacatura mensis reservati, Sede Papali vacante, cujus provisio pertinet ad Episcopum secundùm juris communis normas, & non ad Capitulum, quod non potest providere, Sede Papali vacante, nec extra menses concordiæ, nec in talibus provisionibus dicitur Capitulum ordinarius collator, sed tan-

tum

tum Episcopus, ut elegantèr tradit, & respondet *Nicol. Noal. cons. 77. per tot. n. 4.* & per viam regulæ, jure communi attento, collator & ordinarius beneficiorum dicitur Episcopus, ad quem pertinet illorum collatio, & provisio, ut sunt jura *in cap. novit. de his quæ fiunt à Prælat. cap. qui scit 2. q. 6. Barbos.. de potest. Episcop alleg. 57. n. 1. Gonzal. glos. 11. n. 38. Thesaur. for. Eccles. p. 2. tit. de reservat. cap. 20. n. 1. Abb. Panormit. in cap. scriptum n. 4. & in cap. 1. n. 11. & de electione Gregor. Lop. in tit. 6. part. 1. glos. per costumbre;* etiam mortuo Pontifice, quia tunc pertinet provisio ad Episcopum, ad quem secundùm juris communis regulas spectabat in mensibus reservatis, & Sede Papali vacante, ut notant DD. per *textum ibi in cap. statutum 3. de præbend. & dignitat. circa verba* ibi: *Vt hi, ad quos eorundem beneficiorum, & dignitatum spectat collatio, cap. si Apostolica 35. de præbend. lib. 6.* ibi: *Per eos, ad quos pertinet, possit liberè ordinari*, ut multis citatis tenet *Garc. de benef. 5. p. cap. 1. n. 645.* ibi: *Vnde Sede Apostolica vacante omnes menses sunt ordinarij, & tunc Episcopi possunt providere de beneficijs vacantibus in quolibet mense;* & ibi multas refert Rotæ decisiones, & *nn. sequentib.* pluribus cõfirmat, & exornat, ex quibus contrarijs satisfit; & est videndus elegantèr *Vivian. de jure patronat. lib. 12. cap. 2. per totum*, ubi excludit Capitulum, & si habuisset aliquod jus ad concurrendum in electione;

& latè *cap. 3.seq.per tot.* ubi *n.8. & 9.*quanvis in fundatione contrarium fuisset dispositum,ibi : *Hodie autem ex dispositione sacros.Concil. Trid. sess. 14. de reformat. cap.12. institutio hujusmodi Episcopo , & non alteri inferiori reservari debet.*

89 Denique non obstant quæ diximus circa turnũ, quia procedunt intra menses concordiæ,Sede Papali plena , & non vacante , quia tunc cum provisio sit Apostolica , & de mense reservato , & Episcopus succedat in provisione per Pontificis obitum , quousque de novo eligatur , in hac provisione non consumitur turnus , sed potius conservatur , ex dictis à *Gonzal. ad reg.8. Cancel. glos. 45.§.1. per totum*, & signantèr *n.31.& §. 3.n. 8. & seqq.* & Capitulum non potest pertendere provisionem ultra menses concordiæ, & in illa restrictos , & declaratos ratione turni non concessi in mensibus reservatis , & in Sede Papali supervenientibus , ut concludit *Noal. ubi supra* , & probat elegantèr *Cælio Bichius decis. Rot. 241. per totam* , & ita ultra concordiæ menses Capitulum nihil pertendere potest , nec conferre in mensibus reservatis , & Sede Papali vacante supervenientibus , ut fatetur *Ludovis.d.decis.95.num.4. vers.unde*,ibi : *Unde cum ultra confirmationem Capitulum nihil pertendere possit , ut fuit dictum in una Colimbric. Canonicatus 24. Maij 1599. coram R.P.D. Melino , Capitulum non poterat conferre in mensibus reser-*

*vatis*

*vatis*: *Flores de Men. variar. lib.* 1. *q.* 4. *§.* 3. *n.* 51. elegantèr idem *Octobon. decis.* 197. & signanter *n.* 5. *&* 6. *& per tot.* optimè etiam *Clem. Merlin. decis. Rot.* 192. *n.* 4. *&* 5. ibi: *Hujus Archidiaconatus vacatio contigerat, Sede Apostolica vacante, quo tempore regulæ Cancellariæ desinunt, nec aliquid operantur; per mortem enim Pontificis conditoris earum vis, & authoritas expiravit. Et ideo Sede Apostolica vacante, omnes menses sunt Ordinariorum, possuntque Episcopi tanquam ad jus cõmune revertentes providere de beneficijs vacantibus in quolibet mense*; cum alijs multis tradit etiam *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. §.* 5. *proæm. n.* 46. ibi: *Sequitur, quod vacante Sede Apostolica, Episcopi libere possunt providere beneficia vacantia in omnibus mensibus sine aliqua distinctione, quia tunc sunt obstacula sublata, & omnes menses dicuntur Ordinariorum*; & ibi multos allegat, & *n.* 48. refert decisum; & ita ex Doctorum dictis resolutionibus manet contrarijs satisfactum: atque ita Capitulum providere non poterat, nec in hac vacatura turnus sibi locum vendicare poterat, sed tantum provisio ad Illustrissimum pertinebat Episcopum ex antiquis temporibus, ut dictum extat, & Canonici in dicta dispositione comprehendi non possunt, & optimo jure Gubernatori licuit comminationem inferre, & nomine Episcopi exequi, contraque Capitulum procedere, ut in terminis similis controversiæ resolvit omnino videndus

*Aze-*

*Azeved. cons.*13. & probatur ex *textu in cap. nemo cõtemnat* 11.*q*.3.*cap.Romana in fine de sentent. excommunic.in 6.*

90 Et de jure communi Episcopus habet jurisdictionem in Capitulum, & Canonicos, *cap.cum personæ* 11.*q*. 1. *&* notant *DD.in cap. irrefragabili* 13. *de offic. judic. ordinar.* ibi: *Per censuram Ecclesiasticam corrigere non postponat*; cum alijs *Gratian. forens.cap.* 100.*n*. 64. ibi: *Quia de jure communi Episcopus habet jurisdictionem in Capitulum, & Canonicos*; *Tondut. resol.benef.*1.*p.cap*.62.*n*.1. ubi quod Episcopi ex dispositione juris cõmunis habent jurisdictionem in Canonicos, & alios Ecclesiasticos, & sæpius sic est judicatum per Rotam.

91 Et quando Capitulum mandata Episcopi non observat, nec provisi admittit possessionem, impedit ordinariam jurisdictionem, injuriam facit, & potest pro hujusmodi injuria authoritate propria procedere per censuras, & comminationes, ut sunt jura expressa in *cap.cum dilecto de sentent.excom. in 6. & in cap.venerabilem* 34.*de elect.cap.*1.*de pæn.in 6.* ubi communitèr DD. & præcipuè *Aug. Barbos.* multos refert *Narbon.in l.*20.*tit*.1.*lib*.4.*recopil.glos*.18. *n*.10. & tenent alij multi, quos *Ego ipse* refero in *tract.de cõpet.inter Archiepiscop.& Nuntios cap*.50.

92 Neque replicari potest pro parte Capituli ex dispositione *textus in cap.Romana de sentent.excom.in 6.*

quia

quia licet controversum sit, an valida sit excommunicatio contra unum Collegium, aut Communitatem, in qua multi tenent validam esse ex *glos. in cap. si Romana, verbo ut penitus, Henriq. lib. 3. cap. 25. n.* 24. cujus contrarium probat *Leandr. de censur. tract.* 1. *disp.* 3. *q.* 25. hæc controversia cessat, quando totum Capitulum contravenit, *Cov. lib. 2. variar. cap* 8. *n.* 9. *Candid. disq.* 22. *art.* 9. *dub.* 1. *vers. Dico secundo, Pellizar. in Prælat. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *n.* 54. & *cap.* 3. *num.* 6. *Frances in pastor. regul.* 2. *p. q.* 19. *num.* 6. & in hoc casu idem probatur ex verbis *textus d. cap. Romana*, ibi: *Sed illos dumtaxat de Collegio, vel Universitate, quos culpabiles esse constiterit*; & idem quando consideratur ut corpus politicum constans ex quadam hominum multitudine. *Suar. de censur. dist.* 28. *sect.* 3. *n.* 4. & *ex Pellizar. d. cap.* 3. *Frances ubi proximè n.* 7. *Fras. de reg. patron. cap.* 12. *n.* 7. & 8.

Et ubiprimum Canonici contraventionem fecerunt, statim in pænis comminatis comprehensi fuerunt absque alia monitione. *Sayro lib.* 1. *de censur. cap.* 12. *n.* 6. *Vazquez de excommun dub.* 12. *num.* 11. *Bonac. in disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 9. *n.* 1. *Leandr. de censur. tract.* 1. *disp.* 5. *q.* 3. *Lug. respons. moral. tit.* 2. *dub.* 6. *n.* 2. 93

Et cum reinciderent dicti Canonici, & contumaces existerent, clausis januis, & portis, etiam post interpositam appellationem declarari poterát, quia comminatio, & excommunicatio trahit secum 94

executionem. *Cap. is cui in fin. de sent. excom. lib. 6. cap. Pastoralis §. verum de appellat. in 6. Suar. de censur. lib. 3. disp. 6. n. 5. & 6. Sanch. in consilijs Monachor. lib. 3. cap. unic. cons. 32. n. 240. Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 5. n. 3. & 4. Amaya selectar. lib. 2. cap. 15. n. 24.* ubi reddit rationem, maximè si interposita fuit post comminationem, *Amaya d. cap. 15. Leand. de censur. tract. 1. disp. 4. q. 18.* & ita fuit nulla provisio Capituli ex notatis in *cap. cum de electione, Paris. de resignat. tom. 2. lib. 11. q. 1. n. 16. & 17.* & etiam fuit attentata, & infecta, & sic non potest esse manutibilis possessio, nec provisio Capituli, *Flor. de Men. lib. 1. cap. 4. n. 3 & 36. Joann. Bapt. Coccin. decis. 243.* ubi plures Rotæ decisiones recenset; de qua re etiam *Posth. de manuten. obser. 46. n. 1. 3. 5. & seqq. & decis. 174. n. 3.*

95 Neque etiam allegari potest dispositio *Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 6.* requiri adjunctos, ad hoc ut procedatur contra Capitulum; quia tantum procedit in puris terminis, de quibus loquitur, & tantum in causa criminali, ut patet ex verbis ibi: *In criminalibus autem*; & ibi, *in atrocioribus delictis*; & inferius, *juxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentis*; & id ipsum communiter DD. resolvunt; quia si causa non est criminalis, sed civilis, non requiruntur adjuncti. *Barbos. alleg. 73. n. 7. & 9. & in summa decision. collectan. 11. n. 2. Garcia de benef. 3. p. cap. 4. n. 21. vers. quia ista non est causa criminalis,*

Nar-

*Narbon.in l.* 59.*tit*.4.*lib*.2.*recop.glos*.1.*n*.39. *Sarav.de jurisdict.adjunctor.q*.5 *n*.1.& *q*.15. *per tot.* & præcipuè *n*.13.16.& 17.& *q*.18.*Tondut.quæst.benef*.1.*p.cap.* 61. *in princ* & *q*.62. *n.* 2. ubi in *vers. verum*, quod de jure poterit in qualibet causa procedere sine adjuncto, *Gratian.Forens.cap*.50.*n.fin.* ubi quod hodie Episcopi præscripserunt contra Capitula, & poterunt punire excessum sine adjuncto; quod etiam tradit *Hurt. in quæst.moral.tit*.2.*tract*. 12 *cap*.1.*resol*.24.§.2.& 3.

Nec solum sufficit, quod causa sit criminalis, sed 96
etiam requiritur, quod criminalitèr sit intentata, *Sarav.de jurisdict.adjunct.d.q*.15.*n*.15.& 16.& *q*.18. *n*. 10.& *seqq.* quod procedit ex eo, quia adjunctus non est judex ordinarius, sed tantum delegatus ad certum genus causarum, *Sarav.q*.4. *in fin. Gratian. cap.* 100. *n.* 49. & delegatus ad causam criminalem non potest cognoscere, si civilitèr fuerit intentata, *Menoch. de arbitr.lib*.1.*cas*. 82. *n.* 3. & 4. & loquenti in adjunctis *Sarav.d.q*.15.*num*.16. Atque ita cum hæc causa sit civilitèr intentata, non habet locum Cōcilij dispositio, quia quando Episcopus procedit cōtra perturbantes jurisdictionem, & non exequentes sua mandata, licet procedat cum censuris, & comminationibus, non dicitur criminalitèr procedere, sed civilitèr, & sine adjunctis potest decernere censuras, & comminationes, & ad ulteriora procedere, ut *in cap. dilecto de sentent.excom.in* 6.*cap.* 1.*de*

*1.de offic.Ordin.* & per eos *Hurtad.moral.tom.2. tract.* *12.cap.1.resol.24.* §.*2.n.*1674.

97 Et in ijsdem terminis decernendi censuras, & comminationes, quod non sint causa adjuncti, optimè, & notantèr tradit *Sarav.de jurisd. adjunct.q.* *15.n.2.& q.18.n.2.* ubi multis exemplis comprobat; & etiam in causis criminalibus, si totum Capitulum delinquit, potest Episcopus sine adjuncto procedere. *Barbos.in collectan.ad d. Concil. n. 21. & in summa decis.collect.294.n.2. Sarav.de jurisd.adjunctor.q.5.n.4. & q.6.Tondut.d.q.61. n. 6.* Nec quando pænæ sunt extraordinariæ, mutatur natura causæ, ad hoc ut requiratur adjunctus. *Barbos.in sum.decis.collect.* 11. *n.* 18. *& ad Concil.n.*11. Neque etiam quando proceditur ad privationem ob aliquam justam causam. *Sarav d.q.18.n.7.Garc.de benef.3.p.cap.4. n.* 21. ubi alios refert.

98 Quæ dicta sunt, procedunt non solù in Episcopo, sed etiam in suo Gubernatore, aut Provisore, ut patet ex *d.Concil.cap.6.sess.25.* ibi: *Episcopus, vel ejus Vicarius: Garc.de benef.5.p.cap.7.n. 23. Barbos. in sum. decis.collect.717.n.2.* ubi declarationem Cardinalium affert. Atque ita non requiritur adjunctus, sed Ordinarius optimo jure procedit, & ad ulteriora procedere debet, quousque provisus ab Episcopo Illustrissimo in possessionem mittatur, & in ea pacifice manuteneatur.

Et

Et ad hunc effectum dicitur legitima pars Pro- 99
motor Fiscalis, qui totam facultatem habet ad promovendum, & accusandum contravenientem, etiam ad causæ prosecutionem, & sine ejus præsentia nullitèr proceditur, ut ex *Vivian. Barbos.* & alijs diximus *Forens. resol. cap.* 12. *per tot.* & de ratione *Mend. à Castr. in praxi Lusitan. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 12. *&* 2. *p. eod. lib. & cap. n.* 16. *&* 17. *Bernard. Dias in praxi cap.* 5. *n.* 1. *pag. mihi* 26. & ita optimo jure proceditur, non obstantibus Capituli fundamentis, ex dictis; & etiam, quia asserere simultaneam collationem spectare ad Capitula de jure communi, nullo modo potest sustineri: nam Episcopus solus de jure communi habet collationem omnium beneficiorum suæ Diœcesis, *cap. ex frequentibus de inst. cap. conquærente de offic. Ordin.* Cum alijs ad simile argumentum respondit *Amindem. de stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *d. q.* 34. *n.* 1. *vers. quoad*, ibi: *Quoad primum supradicta Hispalensi portionis* 19. *Januar.* 1594. *coram Cardinale Pāpilio expresse supponit, simultaneam collationem spectare ad Capitula de jure communi, quod nullo modo videtur posse subsistere, nam Ordinarius solus de jure cōmuni habet collationem omnium beneficiorum suæ Diœcesis, cap. ex frequentibus de instit. cap. conquærente de offic. Ordin. Felin. in cap. cum venerabilis n.* 32. *cum seqq. de except. ut supra retulimus: Capitula verò, & inferiores collatores non habent jus conferendi nisi ex indulto,*

*dulto, sive consuetudine, ut latè dicitur in supra allegatis Ferrarien. & Cremonen. Canonicatuum.*

100 *Et num. 2. vers. & hoc,* comprobatur in verbis sequentibus: *Et hoc convincitur hac sola ratione, quod si simultanea competeret Capitulo de jure, hoc verificaretur in omnibus Capitulis, quia in jure Canonum quemadmodum non legitur hujusmodi facultas alicui Capitulo ablata, ita pariter non legitur, quod jure omnibus fuerit concessa: nam cap. cum Ecclesia Vulterana, & glos. ibi de elect. in quibus fundatur hæc opinio affirmativa, ut apud Gregor. decis. 103. n. 3. & decis. 1402. n. 4. 1091. n. 3. coram Seraphin. quæ doctrinæ dictum Capitulum cum glossa allegant, hoc nullo modo dicit, sed tantummodo fundatur in consuetudine, quod videlicet Capitulum, & Canonici magis, & melius probant suam possessionem in concursu conferendi cum Episcopo, quàm Episcopus suam possessionem, quod contulerit solus, & sic totum hoc consistit in consuetudine, ibi: Quod Canonici supradicti hoc jure usi fuerint antequam Episcopus, memoratus Loter. advertens hanc difficultatem lib. 2. q. 21. per totam conatur interpretari Rotam ubi supra, ut videlicet simultanea Capitulo de jure re vera competat, sed quod ob authoritatem glossæ quodammodo dici possit, competentiam hanc esse de jure. Verum hoc subterfugium omnino frivolum est, nam tantum abest, quod glossa statuat jus, quod imò aliquando dicitur inepta, & fatua. Bald. in l. respublica cod. quib. ex caus. in integr. maior. restit.*

Et

Et non solum hac eleganti ratione evidentèr cō- 101
traria convincitur opinio ex eo, quia Episcopus non facit beneficiorum provisionem, Sede Pontificia vacante, ratione turni, aut simultaneæ inter illum, & Capitulum in concordia statutæ ad beneficiorum provisionem intra Ordinariorum quatuor menses, circa quos statuta fuit; sed jure proprio, & à Summo Pontifice concesso in ejus subrogationem, ut patet ex *decis.585.p.5.recentior.* quæ reputatur in materia magistrali tanquam prima, & deinde apud *Durand.decis.Rot.233. & coram Dunocet. dec. 483.repetita dec.10.p.8.recent.& p.9.dec.366.& dec.298. & 329.p.9.*& probat *Loter.de re benef.lib.2.q.21.n.117.*

Quia initio nascentis Ecclesiæ Summus Pontifex 102
ordinavit, & instituit dignitates, & beneficia Ecclesiastica ex *cap.1.dist.22.*& ad se reservavit provisionem coram *Baris.de resignat.lib.1.q.10.n.47.* & deinde illudmet providendi jus transtulit in Episcopos, & illos in suum locum subrogavit, ut sicuti illi potuissent conferre ex *text.in cap.decreto,*ibi: *quæ vices suas, cap.qui se scit in princ.2.q.6.Gabriel.cons.197. n.3.& 9.CoKier.in comment.ad reg. 8. Cancel.n.2. 3. 4. & 5:* ex quo jure subrogationis Pontifices providebant, *cap.regenda 10.q.1.cap. nullus omnino 16.q. 7.* & ita ex eodem jure, mortuo Papa, conferunt Episcopi omnia beneficia in mensibus reservatis vacanti a jure proprio, & subrogationis, redeuntes Epis-

copi

copi ad jus commune, ut tenet *CoKier.in comment. ad regul.8.n.6.* & fatetur *Clem.Merlin.decis.Rot.192. n. 4. & 5.* & tenent multi alij, quos allegavimus *supra n.39.* & cum menses reservati non sint comprehensi in turno, nec simultanea statuta in quatuor Ordinarij mensibus, non potest dari concursus, quia tantum habet locum in mensibus ordinarijs, & non in reservatis, ut elegantèr tenet in specie *Flores lib.1.variar.d.q.4.n.50.* ibi: *Loquitur solum in favorem Episcoporum, & Archiepiscoporum, & Primatum, & non aliorum, cæteri collatores, etiam si ordinarij sint, non habebunt amplius, quàm quatuor menses ad conferendum, qui non reservantur.* Turnus enim, aut simultanea tantum ex eodem habet locum in mensibus ordinarijs, circa quos concordia statuta fuit, & non circa reservatos, quorum vacatura pertinet ad Episcopum, & Capitulum non potest providere beneficia vacantia in mensibus reservatis, nec ex concordiæ vigore, nec turni divisione, neque etiam ex dispositione juris.

103 Non jure concordiæ, aut turni, quia in illis non comprehenditur vacatura, nisi tantum superveniēs in quatuor mensibus ordinarijs, & ita non potest extra illos Capitulum facultatem providendi extendere, nec extra casum, de quo concordia loquitur, ut in terminis similis controversiæ tradit *Paul. Durand.decis.Rot.233.* & ad favorem Episcopi resolutum

lutum refert, & ad nostrum propositum *n. 6. verf. nec obstat*, respondit ad fundamentum provisionis Capituli, & comprobat Episcopi jus, & concludit, non posse Capitulum providere extra menses concordiæ, quia est stricti juris, & non potest extendi ultra menses concordiæ, aut turni, nec de casu ad casum, ut in verbis sequentibus scriptum reliquit: *Non obstat etiam provisio Capituli facta in vim pertensionis quam habet concurrendi cum Illustrissimo Episcopo in collatione Canonicatuum dictæ Ecclesiæ quomodolibet vacantium; quia aut Capitulum pertendit cõcurrere in collatione Canonicatus, de quo agitur, vigore suprad. concordiæ in se, & in verbis consideratis, & cum illa loquatur solummodo de collatione Canonicatuum spectante ad Episcopum ratione vacationis in mẽsibus alternativæ illi apud suam Ecclesiam residenti cõcessæ; cessat pertensio Capituli in casu nostro, ex quo collatio hujus Canonicatus non spectat ad Illustrissimũ Dominum Cardinalem ratione vacationis in ejus mensibus, sed vigore indulti conferendi beneficia Sedi Apostolicæ reservata, prout reservatus est Canonicatus, de quo agitur, ratione collectoriæ D. Hieronymi per reg. 4. Cancel. hodie quintam, qui casus in prædicta concordia non comprehenditur; imò in illius confirmatione est expresse exceptus per clausulam, salvis tamen omnibus reservationibus Apostolicis, quæ in ea habetur; concordia autem cum stricti juris sit, de casu ad casum extendi non*

 *debet*

*debet, l. si unus §. ante omnia ff. de pact. gloss. in l. sub prætextu, ubi Bartol. n. 5. cod. de transact. Innocent. in cap. conquerente ad fin. de offic. Ordinar. & Surd. decis. 217. n. 12.*

104 Concordia prædicta Capitulo in nostro, & præsenti casu non suffragatur, cum ad beneficia reservata aliunde, quàm ratione vacationis in quatuor mensibus ordinarijs non extendatur ejus dispositio, nec extendi potest, ut concludit *Durand. d. dec. 232. n. 10. vers. Concordia prædicta Capitulo in præsenti casu non suffragaretur.*

105 Non attenta juris cõmunis dispositione, quia secundùm illius normas, pertinet provisio in cæteris mẽsibus non cõcordatis expresse, sed reservatis Sede Papali vacante, ad Episcopum revertentem ad juris communis dispositionem, ut dictum est, & multis profitetur *Clem. Merlin. d. dec. 192. n.* 5. & Capitula ultra menses turni, aut concordiæ non possunt provisionem facere, nec turnum formare contra concordiæ tenorem, & mala fide ex illa probata, ut notant *DD. per textum ibi in l. si is cui via ff. quemadmod. servit. amittant.* ibi: *Non autem conceditur plusquam pactum est in servitute habere, cap. veniens, & ibi DD. de præscript. Thusc. verb. præscriptio concl.* 588. Et quemadmodum Capitulum non potest providere in mensibus reservatis Sede Papali plena, ut latè fundat *Franc. de intrus. q.* 53. sed tantum in cõcordatis:

tis : ita etiam non potest provisionem facere de vacatura in mensibus reservatis, Sede Papali vacante, sed tantum pertinet provisio ad Episcopum subrogatum à Papa in ejus locum post temporis nascentis Ecclesiæ cursum, & ad jus commune revertentem, ut dictum est; & ita non potest providere Capitulum, nec vigore concordiæ, nec turni divisione, neque etiam ex juris dispositione.

Neque contra hanc resolutionem obstare possunt 106
decisiones relatæ à *Seraphin. Oliver. p. 1. dec. 980. & 2. p. decis. 1402.* tum ex dictis, tum etiam, quia licet dictæ decisiones videantur militare contra Episcopi jus, & pro Capitulo, & ejus provisione; nihilominus, illis non obstantibus, firmanda venit resolutio ad Episcopi favorem, ut jam diximus; & ad illas facilis videtur responsio ex defectu applicationis ob multiplicem differentiam inter unum, & alterum casum; illum enim, de quo in *d. decis.* 980. agitur, esse diversum, nemo est, qui non videat, & legenti patebit.

Nam casus *d. decis.* 980. fuit sequens, ut ex serie 107
dictæ decisionis colligitur: Quod felicis recordationis Gregorius XIV. providit de Canonicatu Domino Ludovico Vinto, prætextu, quod esset reservatus vigore regulæ 8. per eum editæ, in qua reservavit suæ dispositioni omnia, & singula beneficia reservari solita, quæ à die obitus felicis recor-

dationis Sixti V. prædecessoris sui usque ad diem assumptionis suæ Sanctitatis vacaverunt, & adhuc vacant, de que illis per quoscunque ordinarios collatores usque ad diem prædictæ assumptionis dispositum non fuerit; vigore dictæ gratiæ obtinuit expediri litteras in forma Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, directas Auditori Cameræ cum clausula, ut constito quod Joannes possessor de mense Octobris obijsset, & per ordinarium collatorem usque ad diem assumptionis suæ de eo minime dispositum fuisset, corporalem possessionem apprehenderet. Hujus Brevis vigore processum fuit coram Auditore Cameræ, qui tulit sententiam declaratoriam contra Martinum de Santolaria provisum à Capitulo Oscen. quod pertendebat ex quadam concordia antiqua habere jus conferendi Canonicatus dictæ Ecclesiæ pro tempore vacantes. Ab hac sententia fuit appellatum, & proposita in signatura Sanctissimi Domini nostri commissione appellationis, fuit per eundem Sanctissimum Dominum nostrum ordinatum, ut Seraphino adjuncto Dominus Auditor videret, an esset locus executioni Brevis, & quatenus illi locus esset, ut Seraphinus procederet in causa appellationis; ideo emanavit dubium, an esset locus executioni in casu, de quo agebatur: pro cujus resolutione discussum fuit, an exceptio Martini dicentis de hoc Canoni-

nonicatu fuisse provisum ante reservationem Gregorij, esset legitima, & probata; exhibuit autem provisionem dicti Canonicatus sibi factam à Capitulo sub die 6. Novembris 1590. quæ præcedit reservationem per mensem, & instrumentum possessionis captæ 3. Decembris ejusdem anni; necnon ad docendum de jure Capituli, produxit quoddam transumptum statuti Ecclesiæ editi anno 1445. in quo cavebatur, ut collationes, & provisiones Canonicatuum, & præbendarum spectarent ad Capitulum; produxit etiam nonnullas collationes per Capitulum factas, & dedit articulos ad probandam effectuationem, & observantiam, quæ tamen jura, & testes non fuerunt admissi per Auditorem Cameræ, sed processum ad sententiam declaratoriam, de cujus executione agebatur. Et nihil dictus Seraphinus judicatum refert circa quæstioné principalem, sed tantum *n.4.vers.his*, testatur, continuandam esse causam appellationis, & ita decisum refert in *fin.decisionis n.16.vers.& ita conclusum, procedatur in causa appellationis*; quam non testatur fuisse decisam, & remansit in puris terminis disputationis, & non resolutionis; & ex dictis patet, multiplicem differentiam dari inter dictum Seraphini casum, & nostrum; quia ibi agebatur de Canonicatu proviso ante reservationem Papæ Gregorij, ut patet ex verbis ibi: *De hoc Canonicatu fuisse pro-*

*visum ante reservationem Gregorij;* quod fundamē-tum cessat in nostra hypothesi: & *ind.decis.* probabatur etiam intervenire quamplurimas collationes, & provisiones Canonicatuum, & præbendarum spectantes ad Capitulum ab antiquis temporibus, ut patet ex verbis principij, ibi: *Produxit etiam nonnullas collationes*, quæ non interveniunt in nostro casu; & n. 11. fundamentum fuit, concordiam non esse limitatam ad certos menses, sed omnes comprehendere, ut patet ex verbis *d. decis. d n. 11. vers. non obstat*, quod non datur in nostro casu; & *n.* 16. fuit aliud motivum, quod Episcopus non reclamavit, sed consensum præstitit, qui etiam consensus deficit in nostro casu; & ita ex utriusque casus serie patet diversitas, quæ paritèr *datur in alia decisione* 2. *p.* 1402. quia ibi agitur de diverso casu circa provisionem Canonicatus Pænitentiarij Ecclesiæ Conimbricensis, & circa interpretationem Bullarum circa provisionem primi Canonicatus vacantis, & de Canonicatu primo vacaturo, & an in reservatione comprehenderetur, & iste decisionis casus est diversissimus, & potius retorquetur ad favorem Episcopi, & quando non retorqueretur, dictæ decisiones sunt reprobatæ, & illis non obstantibus, & reprobatis, amplexus fuit contrarium *Amindem. de stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *q.* 34. *n.* 3. *vers. & hoc convincitur*, ubi postquam citavit dictum Seraphinum,

phinum, oſtendit contrariam opinionem eſſe ſequẽdam, & doctrinas Seraphini, & aliorum eſſe penitus excludendas in ipſiſmet terminis ſimultaneæ, & proviſionis inter Epiſcopum, & Capitulum.

Et licet ex dictis deciſionibus, & alijs antiquitus 108
obſervaretur ad Capituli favorem in ſimili caſu, prout teſtatur *Luca de benef. tom. 12. diſc. 1. verſ. verum*, ut ipſemet inquit *n.36.* iſtæ deciſiones fuerunt cauſa, quod Urbanus VIII. die 29. Decembris 1625. conſtitutionem ediderit, ſeu declarationem fecerit publicatam 10. Septembris 1626. in *Bullar. conſtit.* 59. & regiſtatam in calce *d.deciſion.*530. *p.* 4. *recentior.tom.*3.*& apud Loter.lib.*2.*q.*21.*n.* 126. per quã aſſignata proæmiali ratione, quod hujuſmodi indulta in iſtorum tantum gratiam, non autem Capitulorum, vel aliorum cum eis aliquam participationem habentium Sedes Apoſtolica concedat, declaratur, ea nullatenus Capitulis, vel alijs ſuffragari poſſe, ita præfatas deciſiones circunſcribendo; & *in verſ. ex iſta*, aſſerit, quod ex iſta conſtitutione apud Rotam, ac Beneficialiſtas prodijt nova concluſio contraria deciſionibus, videlicet, quod hæ proviſiones de reſervatis fierent jure proprio, ac ordinario competente Epiſcopo ex juris communis diſpoſitione, & jure delegato hac vice, & nomine Papæ abſque Capituli participatione; & eleganter *diſc.*31.*n.*12. *&* 13. ubi contra Capitulum ad favorem

Epiſ-

Episcopi resolvit, & *n.*14. tradit, quod controversia tantum habere locum potest, probata consuetudine, ac possessione immemoriali, & tantum illa probata legitimè sub nomine ordinarij collatoris potest venire Capitulum, cui competeret ista facultas providendi beneficia in mensibus aliàs reservatis, Sede Papali vacante, & tantum in hoc casu procedit decisio Seraphini, & non in alio, prout referendo dictam istam decis. Seraphini inquit *Luca de benef. d.tom.*12.*d.n.*14.*vers. Capitulum probaret consuetudinem immemorialem super jure conferendi in omnibus mensibus, & quam consuetudinem ob vehementem juris resistentiam non dubitatur esse debere immemorialem*, ut advertit *Loter. lib.*2.*q.* 21. *n.* 50. *& seqq. & n.*15. concludit his verbis: *Si enim ista consuetudo legitimè justificaretur, tunc dixi, quod sub nomine ordinarij collatoris veniret ipsum Capitulum, cui competeret ista facultas providendi beneficia in mensibus aliàs reservatis, Sede Papali vacante, juxta pontualiter firmata per Rotam apud Seraphin. decis.*980.*n.* 5.*& seqq.*

109 Et cessante hac consuetudine immemoriali, inquit *Luca d.disc.*31.*n.*17.*vers. cessante autem*, pertendi non posse per Capitulum simultaneam de jure intrantem inter Episcopum, & Capitulum, quia habet jus conferendi in quatuor mensibus ordinarijs, in quorum provisione habet suam simultaneæ provisio-

visionem, & per turnum divisam, ut per hæc verba concludit; & ita constat, hanc esse secundùm juris dispositionem veram resolutionem, & penitus rejiciendam opinionem *Seraphin d. decis.* 980. *&* 1402. nec non etiam *Garc. de benef.* 5. *p. cap.* 4. *n.* 11. *&* *seqq.* ac etiam *Barbos. de Canon. cap.* 14. & aliorum sequacium, quia, ut jam diximus, fatentur procedere secundùm consuetudinem legitimè præscriptã, in unaque Sede ubi observetur, & nullibi in jure inveniri approbatam, nec expressam juris dispositionem, ut inquit *Aug. Barb. d. cap.* 14. *n.* 1. & jam supra notavimus, & ostendimus *n.* 55. *&* *seqq.* & cum hæc consuetudo immemorialis non probetur, nec ad illius probationem concurrant juris requisita, de quibus in specie *Luca d. tom.* 12. *de benef. disc.* 31. *n.* 15. 16. *&* 17. *Sous. de Maced. decis.* 15. & tenent alij, quos *Ego ipse* refero *in commentar. ad Ord. tom.* 9. *ad lib.* 2. *tit.* 27. *§.* 1. *n.* 6. *&* *seqq.* Nec secundùm juris nostri normas, nec juxta consuetudinem venit provisus à Capitulo admittendus, quia esto quod probaretur legitimè talis consuetudo, illa ubi viget præscripta legitimè, tantum habet locum in quatuor mensibus ordinarijs, & non in octo; quia beneficia, aut præbendæ vacantes in reliquis mensibus reservatis non pertinent ad Capitulum, sed conferuntur à Põtifice, Sede plena, absque eo quod Capitulum aliquod jus in supradictis mensibus habeat, & Sede

M Papali

Papali vacante, ad Episcopum, quia licet regulæ cessent, non cessant reservationes, sed juxta tenorem regulæ provisionem facit Episcopus ex jure, & subrogatione Papæ, & ita conservata natura reservationis beneficia conferri jam diximus supra *num.* 108. & elegantèr concludit *Matut. disq.* 2. & probant citati *d.n.* 108. proximè, & infra *num.* 155. dicemus.

110 Neque etiam possunt suffragari Capitulo verba, quæ asserunt, habere concordiam, & esse comprehensam in illis vacationem supervenientem in mensibus reservatis, nempè *Quomodo, & quomodolibet vacaturorum, cessantibus reservationibus Apostolicis*: nam jam supra ostendimus, dicta verba, *quomodolibet*, nihil concludere, & intelligenda esse in mensibus concordiæ, in qua apposita fuerunt, & de quibus ibi agebatur, & non in reservatis, de quibus non loquebatur; & verba, *cessantibus reservationibus*, etiam intelligenda sunt in eisdem mẽsibus concordatis, & non comprehendunt vacaturam supervenientem in mensibus reservatis, neque ex illis potest inferri præjudiciũ regulæ in casu proposito, nec juri competenti Episcopo ex juris cõmunis dispositione, cessantibus reservationibus, quod antea habebat, prout loquendo in simili clausula tradit *Amindem. de stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 15. *§.* 8. *n.* 34. Atque ita intelliguntur intra quatuor mensses

ſes verba, *ceſſantibus reſervationibus*, quæ evenire poterant in multis caſibus, de quibus agunt jura, & DD. quos *Ego ipſe* refero in *tract. de compet. inter Archiepiſcop. & Nunt. cap. 68 n. 11. & ſeqq.*

Minus officit exemplum allegatum circa provi- 111 ſionem initam anno 1670. controverſam, & in poſſeſſorio judicatam; quia ultra ea quæ diximus ſupra in reſponſione ad dictum exemplar, ex quibus retorquetur contra Capitulum illius allegatio, ex d. proviſione, & alijs relatis non infertur præjudiciũ Epiſcopo ſucceſſori, caſu quo ita obſervaretur, quia negligentia, nec factum anteceſſoris poteſt nocere ſucceſſori, nec ejus patientia. *Fermoſin. de Sede vacante q. 4. n.* 88. & probant alij, quos *Ego ipſe* refero *in tract. de compet. inter Archiep. & Nunt. p. 2. cap. 64. n. 52.* Neque ex iſtis actibus inducitur conſuetudo providendi, deficiunt enim requiſita, de quibus DD. per *textum ibi in cap. fin. de conſuetud. & in l. de quibus ff. de legib.* & minus quando non datur immemorialis legitimè præſcripta, quæ requiritur cõtra Epiſcopum, quando agitur pro parte Capituli de jure conferendi ob vehementem juris reſiſtentiam, ut advertit *Loter. de re benef. lib. 2. q.* 21. *n.* 50. *& ſeqq.* & reſolvit in terminis *Luca de benef. tom.* 12. *diſc.* 31. *n.* 13. *&* 14. 15. *&* 16. & cum non detur cum requiſitis, de quibus ibi, & quæ DD. citati *n.* 109. *in fine ſupra*, ſed conſtet de initio anni 1670. non

Mij poteſt

potest admitti talis allegatio exempli, nec provisionum; quia non est transactum tempus à jure præfinitum, nec in hoc casu probatur consuetudo immemorialis ex dictis à *Luca d. disc.* 31.*n.*16. & probatur in specie etiam ex *textu in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect.* per verba expressa; in specie etiam *Amindem. de stylo Datar. lib.*1.*cap.*29.*q.*34. *n.*3.*Garc. de benef.* 5.*p.cap.* 4.*n.* 91.

112 Nec ad hunc effectum sufficit una decisio, nec unus actus, sed consuetudo immemorialis præscripta plurimorum actuum, ex *cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. Amindem. d. q* 34.*n* 2. *&* 20.

113 Et quando aliqua omissio, aut negligentia Prælati antecessoris interveniat circa provisionem effectuatam, tantum pro illa vice præjudicium inferri potest, sed non in posterum præjudicium generatur Prælato successori, textus est elegans in *cap.* 2. *§. & nisi de supplend. negligent. Prælat.* ibi: *Ita tamen quod ex eo nullum præjudicium in posterum generetur,* & probant in simili *Salgad. de reg. protect.* 3.*p. cap.* 10. *n.* 41. *&* 54. *& seqq.*

114 Deinde etiam quando probaretur ultimus status, qui legitimè non probatur ad Capituli favorem, ille non admittitur contra jus Episcopi, quando de ipso constat in proprietate, & ita intelligendus est textus *in cap. cum beneficio de præbend. in* 6. ut elegantèr concludit, respondens ad simile argumen-

mentum *Marin.lib.1.quotid.cap.36.n. 7. Thomat. decis. Rot.*154.*n.*11.ubi allegat *Macerat. Gregor. XV. Loter.* & quamplures Rotæ decisiones, & nullum ex dictis DD. sed alios refert *Aug. Barbos. vot.* 112. *n.* 17. *lib.*3.

Quod autem constet de tali jure, jam supra latissimè ostendimus, & Capitulum processisse contra Gubernatoris prohibitionem, & comminationem nullitèr, & attentatè, & clausis januis, portisque non apertis, clandestinè ad ulteriora tendens absque jure, & cum præcepti contraventione, ut explanavimus *n.* 90. *& seqq.* Quo casu legitimè Gubernator usus fuit de remedio comminationis, & excommunicationis. *Vivio decis.*93.*n.* 2. *Sarav. de jurisdict.adjunct.q.*15.*n.*14. *&* 15. *Leonard. Duard. in Bullam Cœnæ Domini lib.*1.*cap.*5.*q.*6.*n.*1.*& seqq.* 115

Neque etiam suffragari potest Capitulo ignorantiæ allegatio, quia de scientia constat ex processu fulminato contra illud, & ex fide Notarij, & quod non obstante præcepto ad ulteriora progressi fuerunt Canonici, quo casu nulla ignorantia intervenire potest, & si intervenit, ut asserunt, fuit invincibilis, quæ à censuris, & comminationibus non excusat, & datur quando aliquis ignorat, quod scire potuerat. *Hurtad. de censur. in commun. diffinit.* 21. *n.* 87. *Sanch. in summa lib.*1.*cap.*16.*n.*1. *Bonacin. de censur. disp.*1.*q.*2.*punct.*1.*n.*1. *Leandr. de censur. tract.*1.*disp.* 9.*q* 1. 116



Et

117 Et si ignorantia est affectata, absque dubio non solum ligat præceptum, sed potius culpa augmentatur. *D.Thom.q.6.& 76. art.* 4. & probatur ex *textu in cap. eos qui, de temporibus ordinandis in* 6. ibi: *Seu affectata ignorantia, vel quocunque alio figmento quæsito*; & tunc dicitur affectata, quando ut in præsenti, quis scire potuit, sed noluit, imò dissimulavit, *L.qui contr. cod.de inc. nupt. Cov. in cap. alma mater de sent. excom. 1.p. cap.* 10. *n.* 17. *vers. decimo quinto*, ubi quod idem operatur, si adesset, & ita tenet *glos. in Clement.1. de consanguinitate, verbo scienter, Suar. de censur.disp.4.sect.* 10. *Filuc. tom.1. tract.11. cap.8. q.* 12. *n.1.vers.220. vers. secundum de affectata*, & alijs quàmplurimis *Leandr. tract.1. disp.9.vers.1. usque ad fin.*

118 Et ita ubiprimum Canonici præceptum non admiserunt, sed potius contraventionem in pænis comminatis incursi fuerunt absque necessitate alterius monitionis, & legitimè proceditur, non obstante quacunque appellatione, ut de jure ostendimus *n.93. & 94.* & sic actum frustratorium exercerunt, & non potest subsistere provisio post contraventionem initam, licet jus haberet Capitulum ex *cap. unic.de Sede vacante in 6. cap. quia diversitate de concess.præbend. Leandr. de censur. tract.2.disp.10. q. 6. 9. & 10. cum seqq.* & etiam collatio, *cap.cum inter; ubi DD. de elect. Paris. de resignat. tom.2.lib.11.q. 1. n. 16.* & quanvis ignorasset, *ex glos. in cap. penult. de Cleric.*

*Cleric. excommun. miniſtrand. Pariſ. ſupra n.* 17. & potuiſſet Capitulum inſtituere, & approbare, de quo dubito, non obſtante quacunque poſſeſſione in contrarium, quia inſtitutio hujuſmodi Epiſcopo, & non alteri inferiori reſervatur, ut probatur ex *ſacroſ. Trident. decreto ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 13. & ſunt jura expreſſa in *cap.* 1. *&* 2. *de inſtit. cap.* 1. *de inſtit. lib.* 6. *Clement. plures de jure patron. Barb. de offic. & poteſt Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 176. *late Vivian. de jure patron. lib.* 12. *cap.* 2. *per tot. ubi num.* 12. *&* 13. excludit Capitulum, etiam ſi habuiſſet aliquod jus ad concurrendum in electione, ut in noſtro caſu, & latè *cap.* 3. *ſeq. ubi n.* 8. *&* 9. quanvis in fundatione contrarium fuiſſet diſpoſitum, & idcirco non attenditur ad talem collationem, nec poſſeſſionem contra jura Epiſcopi, qui præſumptione juris habet intentionem fundatam, ſed edoceri debet proviſus de canonica, clara, legitima, & non tantum de colorata inſtitutione, ut per hæc verba concludit *Hieron. Bucaferrei reſponſ.* 7. *n.* 6. *& ſeqq.* & rationem præſtat etiam præcedente privilegio *Ludovic. Bellus cõſ.* 58. *per tot.* & poſſeſſio in hoc caſu dicitur nulla, clandeſtina, & attentata, *Caſſador. deciſ.* 9. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Cocin. dec.* 43. ubi plures Rot. deciſiones refert, maximè præcedente mala fide, & non ſciente, & patiente eo, in cujus præjudicium vergere poteſt, ſed potius contrarium, quia poſſeſ-

ſio

ſio fuit reprobata, & contradictata, quo caſu non attenditur, ſed potius ut infecta, & attentata rejicitur talis inſtitutio, collatio, & poſſeſſio, ut elegantèr tenet *Loter. de re benef. lib. 2. cap. 21. num.* 82. & elegantèr, & ſignantèr *n.* 83. *Poſth. de manut. obſer.* 46. *n.* 1. 3. *&* 5. *& ſeqq. & dec.* 174. *n.* 3. & elegantèr de ratione cum multis *Quezada Pilo contr. forenſ. cap.* 31. *n.* 17. *& ſeqq.*

119 Ideo habere locum non poteſt allegatio poſſeſſionis factæ proviſo à Capitulo adeptæ virtute proviſionis initæ vacatæ portionis in menſe reſervato, quia ea proviſione non obſtante, proviſus eſt intruſus, & ut talis caret omni effectu, & poſſeſſione, & quanvis ſit ſpoliatus, non eſt reſtituendus, nec dicitur poſſidere, neque etiam quando notoriè conſtat de non jure, aut jus reſiſtit, & ita proviſus de beneficio in menſibus reſervatis vacante, ſe juvare non poteſt aliquo remedio poſſeſſorio, etiam ſummariſſimo manutentionis, etiam Sede Papali vacante, quia licet regula reſervatoria expirat morte Pontificis, ſemper manet in ſua viridi obſervantia, & durat ejus effectus per viam legis ad hoc, ut ſecundùm illius tenorem ex jure, & ſubrogatione Papæ provideantur, & ita proviſio aliter facta, vel alio modo inficit poſſeſſionem eodem prorſus modo, ac ſi in ſua viridi obſervantia eſſet, ut elegantèr omnibus citatis exornat *Francez*

*in*

*in tract.de intrus.q.53. per tot.* & rationem in specie provisionis factæ à Capitulo præstat *idem q.2.n. 16. & 17.* junctis quæ tradit *q.4.& 5.*

Et quanvis hoc fundamentum sufficeret ad hoc, 120 ut excluderetur provisus à Capitulo à sua possessione; nihilominus tamen rem altius prosequendo, & explicando, regularitèr idem judicandum esse arbitror secundùm juris nostri normas, quia possessio non attenditur in beneficialibus, quando constat de defectu juris, & proprietatis, ut decisum fuit à *Rota decis.167. n.10.p.1. diversor. & decis. 676. n.3.lib.3.p.3.divers. Dec. cons.126. num.3.in fin.& cons. 149. n.2. vers.& retenta, Lambert.de jure patron. lib. 2.p.1. q.3.art.6.n.4. Ozasc. cons. 67.n. 42. Sarmient. selectar. lib.2.cap.13.n. 5. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos.15.§.1.n. 38. vers. neque in beneficialibus attenditur possessio*, & elegantèr *glos.45.§.2. n.43.Oliv.de for.Eccl. 1.p.q.7.n.25. Rein.obser.26.n. 23. Them. dec.107.n.14.& dec.302.n.26. Portug. de don.reg.p.2.c.32. n.70.Posth.de manut. obser.42.n. 146. & 155. Salgad. de reg. protect. 3.p. cap. 10. n. 159. & 160. Marescot. variar. lib.1.cap. 11.n.32.* & nullis ex his relatis *Tondut. quæst. benefic. q.2.cap.4.§.9.n.11.*

Hinc provenit, quod in conscientia sunt valde 121 periculosa remedia possessoria, nam nullo modo potest quis sine animæ periculo remedio possessorio agere, etiam si in eo bonum foveat jus, nisi & in

Episcopi resolvit, & *n.*14. tradit, quod controversia tantum habere locum potest, probata consuetudine, ac possessione immemoriali, & tantum illa probata legitimè sub nomine ordinarij collatoris potest venire Capitulum, cui competeret ista facultas providendi beneficia in mensibus aliàs reservatis, Sede Papali vacante, & tantum in hoc casu procedit decisio Seraphini, & non in alio, prout referendo dictam istam decis. Seraphini inquit *Luca de benef. d.tom.*12.*d.n.*14.*vers. Capitulum probaret consuetudinem immemorialem super jure conferendi in omnibus mensibus, & quam consuetudinem ob vehementem juris resistentiam non dubitatur esse debere immemorialem*, ut advertit *Loter. lib.*2.*q.* 21. *n.* 50. *& seqq. & n.*15. concludit his verbis: *Si enim ista consuetudo legitimè justificaretur, tunc dixi, quod sub nomine ordinarij collatoris veniret ipsum Capitulum, cui competeret ista facultas providendi beneficia in mensibus aliàs reservatis, Sede Papali vacante, juxta pontualiter firmata per Rotam apud Seraphin. decis.*980.*n.* 5.*& seqq.*

109 Et cessante hac consuetudine immemoriali, inquit *Luca d.disc.*31.*n.*17.*vers. cessante autem*, pertendi non posse per Capitulum simultaneam de jure intrantem inter Episcopum, & Capitulum, quia habet jus conferendi in quatuor mensibus ordinarijs, in quorum provisione habet suam simultaneæ provisio-

visionem, & per turnum divisam, ut per hæc verba concludit; & ita constat, hanc esse secundùm juris dispositionem veram resolutionem, & penitus rejiciendam opinionem *Seraphin d. decis.* 980. & 1402. nec non etiam *Garc. de benef.* 5.*p.cap.* 4.*n.*11. & *seqq.* ac etiam *Barbos.de Canon.cap.* 14. & aliorum sequacium, quia, ut jam diximus, fatentur procedere secundùm consuetudinem legitimè præscriptã, in unaque Sede ubi observetur, & nullibi in jure inveniri approbatam, nec expressam juris dispositionem, ut inquit *Aug.Barb.d.cap.*14. *n.*1. & jam supra notavimus, & ostendimus *n.*55.& *seqq.* & cum hæc consuetudo immemorialis non probetur, nec ad illius probationem concurrant juris requisita, de quibus in specie *Luca d.tom.*12.*de benef.disc.*31. *n.* 15. 16.& 17.*Sous. de Maced. decis.* 15. & tenent alij, quos *Ego ipse* refero *in commentar. ad Ord.tom.* 9. *ad lib.* 2. *tit.*27.*§.*1.*n.* 6. & *seqq.* Nec secundùm juris nostri normas, nec juxta consuetudinem venit provisus à Capitulo admittendus, quia esto quod probaretur legitimè talis consuetudo, illa ubi viget præscripta legitimè, tantum habet locum in quatuor mensibus ordinarijs, & non in octo; quia beneficia, aut præbendæ vacantes in reliquis mensibus reservatis non pertinent ad Capitulum, sed conferuntur à Põtifice, Sede plena, absque eo quod Capitulum aliquod jus in supradictis mensibus habeat, & Sede

M Papali

Papali vacante, ad Episcopum, quia licet regulæ cessent, non cessant reservationes, sed juxta tenorem regulæ provisionem facit Episcopus ex jure, & subrogatione Papæ,& ita conservata natura reservationis beneficia conferri jam diximus supra *num.* 108. & eleganter concludit *Matut. disq.* 2. & probant citati *d.n.* 108. proximè, & infra *num.* 155. dicemus.

110 Neque etiam possunt suffragari Capitulo verba, quæ asserunt, habere concordiam, & esse comprehensam in illis vacationem supervenientem in mensibus reservatis, nempè *Quomodo, & quomodolibet vacaturorum, cessantibus reservationibus Apostolicis*: nam jam supra ostendimus, dicta verba, *quomodolibet*, nihil concludere, & intelligenda esse in mensibus concordiæ, in qua apposita fuerunt, & de quibus ibi agebatur, & non in reservatis, de quibus non loquebatur; & verba, *cessantibus reservationibus*, etiam intelligenda sunt in eisdem mẽsibus concordatis, & non comprehendunt vacaturam supervenientem in mensibus reservatis, neque ex illis potest inferri præjudiciũ regulæ in casu proposito, nec juri competenti Episcopo ex juris cõmunis dispositione, cessantibus reservationibus, quod antea habebat, prout loquendo in simili clausula tradit *Amindem. de stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 15. *§.* 8. *n.* 34. Atque ita intelliguntur intra quatuor menses

ses verba, *cessantibus reservationibus*, quæ evenire poterant in multis casibus, de quibus agunt jura, & DD. quos *Ego ipse* refero in *tract. de compet. inter Archiepiscop. & Nunt. cap. 68 n. 11. & seqq.*

Minus officit exemplum allegatum circa provi- 111
sionem initam anno 1670. controversam, & in possessorio judicatam; quia ultra ea quæ diximus supra in responsione ad dictum exemplar, ex quibus retorquetur contra Capitulum illius allegatio, ex d. provisione, & alijs relatis non infertur præjudiciũ Episcopo successori, casu quo ita observaretur, quia negligentia, nec factum antecessoris potest nocere successori, nec ejus patientia. *Fermosin. de Sede vacante q. 4. n.* 88. & probant alij, quos *Ego ipse* refero *in tract. de compet. inter Archiep. & Nunt. p. 2. cap. 64. n. 52.* Neque ex istis actibus inducitur consuetudo providendi, deficiunt enim requisita, de quibus DD. per *textum ibi in cap. fin. de consuetud. & in l. de quibus ff. de legib.* & minus quando non datur immemorialis legitimè præscripta, quæ requiritur cõtra Episcopum, quando agitur pro parte Capituli de jure conferendi ob vehementem juris resistentiam, ut advertit *Loter. de re benef. lib. 2. q. 21. n. 50. & seqq.* & resolvit in terminis *Luca de benef. tom. 12. disc. 31. n. 13. & 14. 15. & 16.* & cum non detur cum requisitis, de quibus ibi, & quæ DD. citati *n. 109. in fine supra*, sed constet de initio anni 1670. non

potest admitti talis allegatio exempli, nec provisionum; quia non est transactum tempus à jure præfinitum, nec in hoc casu probatur consuetudo immemorialis ex dictis à *Luca d. disc. 31. n. 16.* & probatur in specie etiam ex *textu in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect.* per verba expressa; in specie etiam *Amindem. de stylo Datar. lib. 1. cap. 29. q. 34. n. 3. Garc. de benef. 5. p. cap. 4. n. 91.*

112 Nec ad hunc effectum sufficit una decisio, nec unus actus, sed consuetudo immemorialis præscripta plurimorum actuum, ex *cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. Amindem. d. q 34. n 2. & 20.*

113 Et quando aliqua omissio, aut negligentia Prælati antecessoris interveniat circa provisionem effectuatam, tantum pro illa vice præjudicium inferri potest, sed non in posterum præjudicium generatur Prælato successori, textus est elegans in *cap. 2. §. & nisi de supplend. negligent. Prælat.* ibi: *Ita tamen quod ex eo nullum præjudicium in posterum generetur*, & probant in simili *Salgad. de reg. protect. 3. p. cap. 10. n. 41. & 54. & seqq.*

114 Deinde etiam quando probaretur ultimus status, qui legitimè non probatur ad Capituli favorem, ille non admittitur contra jus Episcopi, quando de ipso constat in proprietate, & ita intelligendus est textus *in cap. cum beneficio de præbend. in 6.* ut eleganter concludit, respondens ad simile argumen-

mentum *Marin.lib.1.quotid.cap.36.n. 7. Thomat. decis. Rot.154.n.11.*ubi allegat *Macerat. Gregor. XV. Loter.* & quamplures Rotæ decisiones, & nullum ex dictis DD. sed alios refert *Aug. Barbos. vot. 112. n. 17. lib.3.*

Quod autem constet de tali jure, jam supra latissimè ostendimus, & Capitulum processisse contra Gubernatoris prohibitionem, & comminationem nullitèr, & attentatè, & clausis januis, portisque non apertis, clandestinè ad ulteriora tendens absque jure, & cum præcepti contraventione, ut explanavimus *n. 90. & seqq.* Quo casu legitimè Gubernator usus fuit de remedio comminationis, & excommunicationis.*Vivio decis.93.n. 2. Sarav. de jurisdict.adjunct.q.15.n.14. & 15. Leonard.Duard.in Bullam Cænæ Domini lib.1.cap.5.q.6.n.1.& seqq.* 115

Neque etiam suffragari potest Capitulo ignorantiæ allegatio, quia de scientia constat ex processu fulminato contra illud, & ex fide Notarij, & quod non obstante præcepto ad ulteriora progressi fuerunt Canonici, quo casu nulla ignorantia intervenire potest, & si intervenit, ut asserunt, fuit invincibilis, quæ à censuris, & comminationibus non excusat, & datur quando aliquis ignorat, quod scire potuerat.*Hurtad. de censur. in commun. diffinit. 21. n. 87. Sanch. in summa lib.1.cap.16.n.1. Bonacin.de censur. disp.1.q.2.punct.1.n.1.Leandr.de censur.tract.1.disp. 9.q 1.* 116

 Et

117 Et si ignorantia est affectata, absque dubio non solum ligat præceptum, sed potius culpa augmentatur. *D.Thom.q.6.& 76. art.* 4. & probatur ex *textu in cap. eos qui, de temporibus ordinandis in* 6. ibi: *Seu affectata ignorantia, vel quocunque alio figmento quæsito*; & tunc dicitur affectata, quando ut in præsenti, quis scire potuit, sed noluit, imò dissimulavit, *L.qui contr. cod.de inc. nupt. Cov. in cap. alma mater de sent. excom.* 1.*p. cap.* 10. *n.* 17. *vers. decimo quinto*, ubi quod idem operatur, si adesset, & ita tenet *glos. in Clement.*1. *de consanguinitate, verbo scienter, Suar. de censur.disp.*4.*sect.* 10. *Filuc. tom.*1. *tract.*11. *cap.*8. *q.* 12. *n.*1.*vers.*220. *vers. secundum de affectata*, & alijs quàm plurimis *Leandr. tract.*1. *disp.*9.*vers.*1. *usque ad fin.*

118 Et ita ubi primum Canonici præceptum non admiserunt, sed potius contraventionem in pænis comminatis incursi fuerunt absque necessitate alterius monitionis, & legitimè proceditur, non obstante quacunque appellatione, ut de jure ostendimus *n.*93. & 94. & sic actum frustratorium exercerunt, & non potest subsistere provisio post contraventionem initam, licet jus haberet Capitulum ex *cap. unic.de Sede vacante in* 6. *cap. quia diversitate de concess.præbend. Leandr. de censur. tract.*2.*disp.*10. *q.* 6. 9. & 10. *cum seqq.* & etiam collatio, *cap.cum inter, ubi DD. de elect. Paris. de resignat. tom.*2.*lib.*11.*q.* 1. *n.* 16. & quanvis ignorasset, *ex glos. in cap. penult. de Cleric.*

*Cleric. excommun. ministrand. Parisf. supra n.* 17. & potuisset Capitulum instituere, & approbare, de quo dubito, non obstante quacunque possessione in contrarium, quia institutio hujusmodi Episcopo, & non alteri inferiori reservatur, ut probatur ex *sacros. Trident. decreto sess.* 7. *de reformat. cap.* 13. & sunt jura expressa in *cap.* 1. *&* 2. *de instit. cap.* 1. *de instit. lib.* 6. *Clement. plures de jure patron. Barb. de offic. & potest Episcop. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 176. *late Vivian. de jure patron. lib.* 12. *cap.* 2. *per tot. ubi num.* 12. *&* 13. excludit Capitulum, etiam si habuisset aliquod jus ad concurrendum in electione, ut in nostro casu, & latè *cap.* 3. *seq ubi n.* 8. *&* 9. quanvis in fundatione contrarium fuisset dispositum, & idcirco non attenditur ad talem collationem, nec possessionem contra jura Episcopi, qui præsumptione juris habet intentionem fundatam, sed edoceri debet provisus de canonica, clara, legitima, & non tantum de colorata institutione, ut per hæc verba concludit *Hieron. Bucaferrei respons.* 7. *n.* 6. *& seqq.* & rationem præstat etiam præcedente privilegio *Ludovic. Bellus cōs.* 58. *per tot.* & possessio in hoc casu dicitur nulla, clandestina, & attentata, *Cassador. decis.* 9. *de caus. possess. & propriet. Cocin. dec.* 43. ubi plures Rot. decisiones refert, maximè præcedente mala fide, & non sciente, & patiente eo, in cujus præjudicium vergere potest, sed potius contrarium, quia possessio

sio fuit reprobata, & contradictata, quo casu non attenditur, sed potius ut infecta, & attentata rejicitur talis institutio, collatio, & possessio, ut elegantèr tenet *Lotèr. de re benef. lib. 2. cap. 21. num. 82.* & elegantèr, & signantèr *n. 83. Posth. de manut. obser. 46. n. 1. 3. & 5. & seqq. & dec. 174. n. 3.* & elegantèr de ratione cum multis *Quezada Pilo contr. forens. cap. 31. n. 17. & seqq.*

119 Ideo habere locum non potest allegatio possessionis factæ proviso à Capitulo adeptæ virtute provisionis initæ vacatæ portionis in mense reservato, quia ea provisione non obstante, provisus est intrusus, & ut talis caret omni effectu, & possessione, & quanvis sit spoliatus, non est restituendus, nec dicitur possidere, neque etiam quando notoriè constat de non jure, aut jus resistit, & ita provisus de beneficio in mensibus reservatis vacante, se juvare non potest aliquo remedio possessorio, etiam summarissimo manutentionis, etiam Sede Papali vacante, quia licet regula reservatoria expirat morte Pontificis, semper manet in sua viridi observantia, & durat ejus effectus per viam legis ad hoc, ut secundùm illius tenorem ex jure, & subrogatione Papæ provideantur, & ita provisio aliter facta, vel alio modo inficit possessionem eodem prorsus modo, ac si in sua viridi observantia esset, ut elegantèr omnibus citatis exornat *Francez in*

*in tract.de intrus.q.53. per tot.* & rationem in specie provisionis factæ à Capitulo præstat *idem q.2.n. 16. & 17.* junctis quæ tradit *q.4.& 5.*

Et quanvis hoc fundamentum sufficeret ad hoc, 120
ut excluderetur provisus à Capitulo à sua possessione; nihilominus tamen rem altius prosequendo,& explicando, regularitèr idem judicandum esse arbitror secundùm juris nostri normas, quia possessio non attenditur in beneficialibus, quando constat de defectu juris, & proprietatis, ut decisum fuit à *Rota decis.167. n.10.p.1. diversor. & decis. 676. n.3.lib.3.p.3.divers. Dec. cons.126. num.3.in fin.& cons. 149. n.2. vers.& retenta, Lambert.de jure patron. lib. 2.p.1. q.3.art.6.n.4. Ozasc. cons. 67.n. 42. Sarmient.selectar. lib.2.cap.13.n. 5. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos.15.§.1.n.38. vers.neque in beneficialibus attenditur possessio,*& elegantèr *glos.45.§.2. n.43.Oliv.de for.Eccl. 1.p.q.7.n.25. Rein.obser.26.n.23. Them. dec.107.n.14.& dec.302.n.26. Portug. de don.reg.p.2.c.32. n.70.Posth.de manut. obser.42.n. 146. & 155. Salgad. de reg. protect. 3.p. cap. 10. n. 159. & 160. Marescot. variar. lib.1.cap. 11.n.32.* & nullis ex his relatis *Tondut. quæst. benefic. q.2.cap.4.§.9.n.11.*

Hinc provenit, quod in conscientia sunt valde 121
periculosa remedia possessoria, nam nullo modo potest quis sine animæ periculo remedio possessorio agere, etiam si in eo bonum foveat jus, nisi & in

judicio proprietatis res ad eum pertineat, & alitèr agendo scientèr peccat, & ad omnes expensas, damna, & interesse parti tenetur, ut concludit per hæc verba *Sarmient. selectar. d.lib.2.cap.13.n. 5. & n. 6. & 7.* multis comprobat fundamentis, & non paucis rationibus exornat, & subscribit *Guttier. consf. 6. n. 12.* & ad nostrum propositum sequentia verba scripta reliquit. *Ergo cum causa hæc jure Canonico decidenda sit, & in foro Ecclesiastico nullo pacto in favorem Capituli, quod solum in possessorio adversus notorium jus proprietatis fundatur, definiri potest, cum sit peccatum, judexque ipse sicut advocatus tenebitur in conscientia, si aliud proferat, & restitutio non est facienda spoliato.* Post eos idem tradit *Xamar. de judice advocat. 2.p. q. 8. n. 62. ubi Fontan. Cancer.* & alios refert.

122 Quæ diximus circa concordiam, intelligenda veniunt casu quo de concordia originali legitimè constet, & illa exhibita, sunt enim dicta ex abundanti, quia concordia non apparente, nihil de illa curandum esse juris principia profitentur, juxta quæ paria sunt non esse, vel non apparere, & non entis, & non apparentis idem est judicium, l. duo sunt ff. testam.tut. cum multis juribus, & Doctoribus *Velasc. locis commun. lit. N. n. 53. & seqq.* & cum concordia allegata non appareat, nihil de illius allegatione est curandum; merito ergo diximus pro-

procedere, quæ dicta sunt, ex abundanti; quia de concordia non constat, cum deberet apparere ejus originale, ad hoc ut ei fides adhiberetur, ex notatis in *cap. 1. de fide instrum. cap. quoniam contra de probat. ubi Abb. n. 4.* & in utroque textu *Fermosin.* & tenent multi quos *Ego ipse* refero in *tract. de maiorat. erect. cap. 6. n. 3. 4. & 5.*

Aut requiritur exemplum extractum, & transumptum cum juris solemnitatibus, & requisitis, de quibus agunt DD. *per textum ibi in d. cap. 1. de fide instrum. & in Authent. siquis in aliquo cod. de edend. Seacc. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 653. Gracian. forens. cap. 859. n. 3. & 10. Pareia de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. n. 29. & 120.* & tenent alij per *Me* citati *d. cap. 6. n. 6. & seqq.* & cum non appareat concordia originalis, nec exemplum, aut transumptum extractum intervenientibus dicti juris solemnitatibus, nihil de illa est curandum; & quod diximus circa illam, fuit ex abundanti dictum, non obstante relatione facta in privilegio, aut confirmatione Summi Pontificis Pauli ipsiusmet concordiæ, quia de illa non constat, nec talis Bulla legitimè probat, nec juribus nocet Episcopi, sed casu quod probaret, in illius favorem allegari non potest, & contra Capitulum retorquetur. 123

Dicta enim Bulla nihil probat, quia non ostenditur originalis, ut diximus, cum requiratur; & 124

quando fuisset extracta à Capituli archivo, ei non suffragaretur.

125 Nam licet Bullæ Pontificiæ probent, ut cætera instrumenta publica, & faciant fidem, ut inquit *Fermosin. in cap. ex litteris 3. de fide instrum. q. 2. n. 32. & 33.* nihilominus tamen si fuerint extractæ ex archivo Capituli, vel quando ejus custodia est penes Capitulum, non probat contra Episcopum, cum quo litigat, tradunt in specie *Riccius collect. 914.* ubi decisum refert, & *decis.* 1898. & tenent alij apud *Fermosin. in cap. Cum P. Tabellio de fide instrum. q. 1. n. 22. vers. extractæ ex archivo reposito penes Capitulum, & n. 24.* ibi: *Propter quam rationem ait idem Riccius fuisse decisum in una Gadicensi administrationis fabricæ 4. Maij 1584. coram Cardinali Lancellot. quod scriptura extracta archivo, cujus custodia erat penes Capitulum, non probat contra Episcopum, cum quo litigabat, & ita nihil refert Bullæ productio.*

126 Et in casu, quo fidem faceret, non suffragatur Capitulo illius concordiæ confirmatio; illa enim non fuit exhibita Summo Pontifici, sed tantum dictum fuit, quod in illa continebatur, ut patet ex illius principio, ibi: *Nobis nuper exhibita petitio continebat*; & non fuit talis concordia producta, sed tantum facta fuit in supplicatione mentio controversiæ inter Episcopum, & Capitulum, & dictum fuit, cessare ex transactione, & concordia inter illos

illos inita, ut patet ex verbis Bullæ, ibi: *Devenerunt ad transactionem, & concordiam*; & postea relationem illius fecerunt Canonici, & ex sua assertione tantum absque concordiæ exhibitione confirmationem impetrare voluerunt, ut patet ex verbis Bullæ, ibi: *Prout in instrumento, seu alijs scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri.* Et ibi: *Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concordiæ seu transactioni hujusmodi pro illarum subsistentia robur Apostolicæ confirmationis adjicere.* Et secundùm hanc relationem, & supplicationem Sum. Pontifex concordiam, & transactionem confirmavit, ut patet ex verbis ibi: *Hujusmodi supplicationibus inclinati, concordiam, seu transactionem, instrumentum, seu alias scripturas hujusmodi in eis contenta, quæcunque licita tamen, ac honesta*, & ibi: *Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus.* Ex quibus verbis patet, concordiam non fuisse exhibitam coram Summo Pontifice, nec examinatam, sed tantum præcedere supplicationem ad confirmationis gratiam consequendam, ut patet ex Bulla ibi: *Hujus supplicationibus inclinati*, & ita confirmationis gratia facta non fuit, nisi tantum in forma communi, quæ parum, aut nihil operatur, *cap. 1. de confirmat. util. vel inutil. cap. veniens de transact. cap. quia diversitatem de concess. præbend. Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. n.* 8. *Mier. de maiorat. p.* 4.

 q 2.

*q.2. n.3. Seraphin.de privil.jur.privil.49.n.33.& privil. 70.n.13. Cancer. var.p. 3.cap.3. n. 177. Surd.cons. 340.n. 7.& cons.349. n.7. & cons.361.n.37. Cassan. cons.43. n. 94. Marescot. var. cap.67.n. 34. Valens. cons.79.n.2.& seqq. & cons.88. n.54. Paz de Tenut. cap.57. n. 311. & seqq. Castilh. tom.5.cap.89.n.211. & 217.*

127 Confirmatio enim fit per Superiorem, Regem, aut Pontificem duplici modo, vel in forma cómuni, vel in forma specifica, ut inquit doctissimus, & nunquam satis laudatus *Romaguer. ad stat. Civitatis Eugubij in prælud.n.68.* ex quo *n. 69.* in forma communi dicitur facta confirmatio concordiæ, quando illa facta fuit generalitèr ad partis instantiam sine causæ cognitione, nec apparet concordiam per Papam fuisse visam, seu per alium de illius mandato:*Tusc. lit. C. concl. 707. n.10.Rot.decis. 780.n. 5.p.1.diversor. Paz de Tenut.cap. 57.n.311.& seqq. Castilh.d.cap.89. n.215.& 217. Peyrinis form. Prælat.tom. 3 cap.18.n.4.lit. C.* & probatur ex *textu in cap. si motu 23.de præbend.in 6.*ibi: *Secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam gratiam hujusmodi facimus: Mart. de claus.p.1.claus. 155.*

128 In forma specifica dicitur facta confirmatio, quádo illa facta fuit cum causæ cognitione ex certa scientia, & concordijs bene discussis, *Gabr.cons.183. n. 13.vol. 2. Merlin.dec. 740. n. 5. & seqq. Romaguer. supra n.71. & 72.* quod in dubio confirmatio concordiæ

cordiæ censetur facta à Papa in forma communi, & non specifica, ex *textu in cap. porrecta 6. de confirmat. util. Amat. variar. resolut.* 100. *n.* 18. *Rot. dec.* 179. *num.* 39. *p.* 9. *recen. tom.* 2. *Paz. & Castil. supra, & Peyrin.*

Et ita visis confirmationis verbis, ex illis clare 129
deprehenditur, factam esse confirmationē concordiæ in forma communi, & non specifica; & cum in Bulla non legatur verbum aliquod circa provisionem beneficiorum vacantium in mensibus reservatis Sede Apostolica vacante, ad Capituli favorem, sed potius contrarium, ut statim dicemus, nullo modo ad illos extendi potest.

Nam confirmatio nullo modo potest extendi ul- 130
tra casus expressos in concordia, quia etiam quando est concessa in forma specifica, nunquam supplet omissionem, aut defectum, cum natura confirmationis sit, addere robur confirmato, non autem illud extendere, *cap.* 1. *&* 2. *de confirmat. util.* cum multis judicatum refert in Rota in puncto confirmationis Sedis Apostolicæ *Cæl. Bicch. decis.* 521. *n.* 9. *&* 10. *&* 12.

Confirmatio enim non mutat substantiam con- 131
firmati circa factum, nec extendit confirmatum ultra casum in eo dispositum. *Bicch. decis. Rot.* 91. *n.* 9. *dec.* 229. *n.* 17. Nec egreditur terminos confirmati *Bicch. d. decis.* 521. *n.* 13.

Nec extenditur ultra id, quod in confirmato 132
conti-

continetur, ut in terminis confirmationis Apostolicæ tradit *idem Bicch. dec. 629. n. 35.* sed semper restringitur ad confirmatæ concordiæ terminos. *Bicch. decis. 167. n. 21. vers. Ita nec in confirmatione Apostolica desuper emanata, quæ semper restringitur ad terminos confirmati.*

133 Natura namque confirmationis est nihil de novo tribuere, nec alterare statum rei confirmatæ, aut eam extendere, sed solum convalidare in ea specie, in qua illam reperit. *Cap. 1. & 2. de confirm. util.* ex quo, & alijs tradit *Surd. cons. 340. num. 7. & cons. 349. n. 7. Peregrin. cons. 63. n. 6. lib. 1. & de fideicom. art. 6. n. 8. vers. Addo ego.*

134 Et ideo ad titulum primævum referenda est, & tantum intra illum producit effectum, & non extra. *L. 1. §. si quis ff. ut leg. nom. caveat. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. n. 9. & 11. & ibi Add.*

135 Quia regulatur ad modum, & substantiam ejus quod confirmatur. *Larr. p. 2. alleg. 73. n. 3. 4. & 5. Farin. cons. 113. n. 4. Castilh. tom. 5. contr. 89. n. 202.*

136 Et ad actum approbatum restringitur; addit vim confirmato, & non illum extendit, neque auget dispositionem, aut ampliat, nunquam tamen extendendo concordiam, aut actum ad id, quod in eo non continetur. *Altograd. cons. 79. n. 21. & 22. lib. 1. & tom. 2. cons. 32. n. 35. Torrez de maiorat. Ital. de success. in feud. respons. 5. tom. 2. n. 39. usque ad 46. Cyriac.*

*riac.contr.* 141.*n.* 47. *& contr.* 687. *n.* 22. *Caren. resol.* 79.*n.* 75. *Gobius conf.decis.*18.*n.*27.*Castilh. lib.* 5. *contr. d.cap.*89.*n.* 202.

Et confirmatio solum est apta addere robur cō- 137
firmato, non autem se extendit ad ea, quæ non reperiuntur in concordia expressa, ut in specie similis confirmationis concordiæ tradit *Roxas decis.Rot. Rom.*211.*n.* 6. *&* 7.

Et cum non appareat concordia relata in d. Bul- 138
la confirmationis, nihil de illa est curandum, quia confirmatio non attenditur, si de originali, quod confirmatur, non apparet, adeo quod confirmatio per se sola probationem confirmati non inducit, ut tenet *Castilh. lib.*5.*contr.d.cap.*89.*n.* 226.*&* 227. ibi: *Confirmatio namque non operatur, nec attenditur, nisi de originali appareat, quod confirmatur, nec per se sola probationem confirmati inducit*; & ibi multos allegat, & ultra quos refert, idem tradunt in terminis *Roman. conf.* 305. *n.* 5. *& conf.* 336. *n.* 2. *Cravet.conf.*112.*n.*5. *Bald. in l. incivile ff. de legib. Cæphal. conf.* 156. *n.*42. exornat *Larr. alleg.*73.*n.*8.*& seqq. Rot. dec.*36.*p.*2.*DD. in cap.fin.de confirmat.util.vel inutil.*

Et cum talis concordia relata in Bulla non appa- 139
reat, de illa mentio non est facienda, nec est admittenda, sed potius rejicienda d. Bullæ allegatio, etiam in forma probanti extracta; & non exhibitur, quia tantum comprehendit quatuor menses

ordinarios, & ad alios reservatos, & Sede Papali vacante, non extenditur, quia pertinet ad Episcopum provisio, ut ex illa constat; & ideo non producitur, at potius à Capitulo occultatur, ne ex illius serie constet de mala fide, & hæc occultatio sufficit, ad hoc ut injustam foveant Canonici causam, ex notatis à *Giurb.dec.* 94. *n.* 7. Atque ita cum non edatur concordia in Bulla relata, nullum effectum Bulla confirmationis producere potest, nec probat absque productione concordiæ originalis relatæ, & nominatæ, & quod dicitur confirmata, nec de una, nec de altera est curandum, ut dictum, & probatum extat, & constat ex ipsa Bulla, in qua ad finem jubetur observari concordia ad unguem, ut patet ibi: *Et ad unguem observari*: & cum ad unguem non possit observari absque aspectu concordiæ, sine illius editione non potest constare, an observetur, vel non.

140 Et adhuc quando concordia exhiberetur, & confirmationis Bulla attendi deberet, ex ipsamet non solum non probatur jus Capituli, sed potius Episcopi, quia relicta supplicatione, & narratione controversiæ, de qua in princip. quæ nihil probat, ut jam diximus supra n. 57. revertendo ad Bullæ verba in conclusione posita sunt sequentia. *Nos igitur, qui pacem, & concordiam inter fideles quoslibet, præsertim Ecclesiarum Cathedralium Præsules, &* *alias*

*alias personas in illis divinis laudibus insistentes, vigere sinceris desideramus affectibus Franciscum Episcopum, & Decanum, eorumque ac Capituli prædictorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati concordiã, seu transactionem, & instrumentum, seu alias scripturas hujusmodi, & in eis contenta, quæcunque licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, maximè verò Concilij Trident. decret. ac Apostolicis constitutionibus minimè contraria, cum omnibus, & singulis exinde legitimè secutis, reservationibus tamen, & affectionibus Apostolicis semper salvis, & illæsis remanentibus, Apostolica authoritate, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti, ac solemnitatum, & alios etiam quantumvis substantiales quoscunque defectus, siqui forsan desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, decernentes concordiam, & transactionem perpetuo prædictas, validas, & efficaces esse, & fore, ac tam ab Episcopo, quàm Decano, & Capitulo prædictis nunc & pro tempore existentibus per-*

*petuo inviolabiliter, & ad unguem observari, & adimpleri debere.*

141 Hæc sunt verba d. confirmationis Bullæ, & gratiæ, & cum omnia rescripta Apostolica suas clausulas contineant restrictivas, & limitativas supplicationis, quæ eliciuntur ex visceribus ejusdem Bullæ, & utriusque juris, ad cujus dispositionem semper reduci debent, ut notant *DD. in cap. causamque de rescript. cum alijs Pyrrh. Corrad. in prax. dispens. Apostolic. lib. 2. cap. 3. n.* 14. ex dicti rescripti verbis, & juris nostri normis non solum dicta Bulla refragatur Capitulo, sed potius suffragatur Episcopo, ut ex commentario sequenti legentibus patebit, in quo contra Capituli provisionem dicta Bulla retorquetur.

142 Quæ dicta sunt à principio Bullæ usque ad vers. *Nos igitur*, est narratio controversiæ, & supplicatio ad confirmationis gratiam consequendam, ex qua nulla oritur dispositio, sed tantum supplicatio, ex dictis supra *n.* 57. & notatis à *Salgad. de supplicat.* 2. *p. cap.* 30. §. 3. *n.* 2. *& seqq. &* §. 4. *num.* 18. *& seqq.* Et omnis narrativa, & supplicatio restringitur, & limitatur per concessionem gratiæ, ad cujus signaturam, & dispositionem solum attenditur, ut multis exornat *Salgad. d. cap.* 30. §. 1. *per tot. & num.* 10. *& seqq.*

143 Revertendo ergo ad gratiæ, & confirmationis teno-

tenorem, incipit per verba: *Nos igitur, qui pacem, & concordiam inter fideles quoslibet, præsertim Ecclesiarum Cathedralium Præsules, & alias personas in illis divinis laudibus insistentes, vigere sinceris desideramus affectibus.*

Et cum Summus Pontifex à Christo Domino nostro caput Ecclesiæ fuisset constitutus, Vicarius ejus cum potestate, & auctoritate suprema erectus, maxima præeminentia vocatus, & super cæteros omnes subrogatus extitisset, & in D. Petri locum electus, & in tota terra plenitudo fuisset Sanctitatis, vices Dei in mundo gerens, & à patris patriæ nomen Papa deductum nonnulli voluere; vel ut alij dixere, fuisset Summus Pontifex Pater Patrum, vel quia maior dicebatur, vel quia omnibus erat supremus, excepto Petro, & Sanctitas esset suprema, & super omnes dignitates excellentior: quare Summus Pontifex, & Maximus appellari solitus fuit; Optimus scriptus, Sanctissimus nominatus, Beatissimus dictus, aliquando Episcopus appellatus, & Romæ interdum nominatus, universalisque Ecclesiæ, & totius orbis publicatus, Episcopus Episcoporum scriptus, Ordinarius Ordinariorum veneratus, Princeps Principum, Dominus Dominantiũ confessus, Magister, Currus, & Auriga Ecclesiæ nuncupatus, quia fideles illustrabat: plenitudo orbis terrarum est nominatus, Rex urbis, & orbis; 144

omnium culminum humanorum Vertex; Summa Dignitas, qua nihil amplius datur; & Summus Pōtifex non tantum apud fideles, ſed etiam penes infideles, ut narrant hiſtoriæ, teſtantur Authores, & fatentur hæretici, quia Papa ex ethimologia, ut Pontifex, pontem in cælum elevavit, & ſuper eam à fluvio miſerrimæ vitæ animas in Cælum introduxit, traxit, elevavit, & conduxit; fuit enim theſaurus indulgentiarum perennis, Fons gratiarum, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Paſtor ovilis Domini, Cuſtos vineæ, Sponſus Eccleſiæ, Præſul Apoſtolicæ Sedis, habens in ordine ad ſpiritualia ſupremam poteſtatem tam ſuper fidelibus, quàm infidelibus.

145 Ita compendioſe dictum eſt, & ſparſim apud Doctores inveniuntur hæc omnia, ut videre eſt apud *Coronam in lib. de poteſtate Sedis Apoſtolicæ in prolog. tract.2.de poteſtate ſpirituali cap.*1.*§*.1.*& in tract. Sanctitas Eccleſ. Roman.cap.*4.*tom.*2.*Barboſ.de jure Eccleſ. lib.*1 *cap.*1. *&* 2.*Eminent. Aguirr. in lib.intitulato, Authoritas infallibilis, & Summa Cathedra D. Petri in prolog.& per totum tract. Minhan. Baſis Pontif. c.* 15. *tract.*2.*q.*10.*§*.5.*& ſect.*1.2. 3. 4. *&* 5. *Valenſ. adverſus Venetos* 6.*p.n.*51. *& ſeqq.*

146 Et in beneficijs Eccleſiaſticis habere pleniſſimã poteſtatem, & diſpoſitionem, omnia jura clamant, *cap.*2.*de præbend.in* 6. *cap. per Principem, cap. propoſui de*

*de conces. præbend. cap. cuncta per mundum cum seqq. q.* 1. & est *L. Castellæ* 2. *tit.* 16. *part.* 1. ibi: *E sobre todas las cosas que son dichas en esta ley, el Apostolico a poder de dar dignidades, & personages, & todos los otros beneficios de Santa Iglesia, a quien quisiere, en qualquier Obispado que quisiere*; mille referens *Gonzal. in reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *proœm. à n.* 31. ibi: *Quia Papa habet plenissimam potestatem, & dispositionem in beneficijs. Loter. de re benef. lib.* 2. *d. q.* 22. *per totam*, maximè *à n.* 9. *& in lib.* 1. *q.* 4. *n.* 57. ubi asserit, concessionibus à Pontifice factis solummodo standum esse, quin de ratione interrogetur, & quare hoc executioni mandaverit: quamplurimos etiam refert *Salced. de leg. politic. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. *&* 14. *& cap.* 13. *n.* 20. *Matut. disq. legal.* 2. *à num.* 12. *Mar. Anton. Marin. decis.* 185. *ad med.* exornat *Valens. cons.* 128. *Mar. Cutel. de prisc. & recent. immunit. lib.* 2. *q.* 30. *n.* 7.

Et in componendis dissidijs, vitandis contro- 147
versijs, & scandalis, *Cutel. d. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 15. & ad pacem reducendo *q.* 118. *n.* 13. Et cum hæc omnia, & alia attributa in Summo Pontifice inveniantur, atque ut pater debeat studere utilitatem filiorum, eosque in pace conservare, & concordia, merito, & optimo jure videtur apposita in Bulla clausula sequens supra commemorata. *Nos igitur, qui pacem, & concordiam inter fideles quoslibet, præsertim Ecclesiarum Cathedralium Præsules, & alias personas in illis*

*lis divinis laudibus insistentes, vigere sinceris desideramus affectibus.* Quis enim nisi Pontifex controversias componere debet, & concordias confirmare, juxta supremam illius potestatem, & considerata attributa?

148 Deinde sequens clausula Bullæ invenitur exarata his verbis. *Franciscum Episcopum, & Decanum, eorumque ac Capituli prædictorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.*

149 Hæc clausula extenditur in singulis litteris, & per eam Papa absolvit supplicantes oratores, quatenus egeant à sententia excommunicationis etiam maioris, ac suspensionis, & interdicti, eos habilitando ad effectum tantum reddendi capaces gratiæ sibi factæ, sed hæc clausula non tollit naturam, nec qualitatem gratiæ, sed eam conservat in juris effectu, ut ex *Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 120. & seqq.* tradit *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 16. n. 1.* & alia refert, & tantum prodest ad tollendum impedimentum proveniens ex censuris, ut ex *Rebuff. & Navar.* tenet *CoKier. de jurisdict. Ordin. in exemptos p. 4. q. 69.* Atque ita nihil prodest Capitulo hæc

hæc clausula, sed potius conservat jus Episcopi circa naturam provisionis.

Præterea sequitur clausula : *Hujusmodi supplicationibus inclinati concordiam, seu transactionem, & instrumentum, seu alias scripturas hujusmodi, & in eis contenta.* Hoc modo loquendi semper utitur Papa in suis rescriptis, & confirmationibus factis in forma communi, sive orator sit in Curia Romana præsens, sive ab ea absens, ad hoc ut ostendat, confirmationem fuisse factam ad partis petitionem, & in forma communi, non autem motu proprio, ut jam notavimus *supra n. 126. & 127. per textum in cap. si motu 23. de præbend. in 6. vers. secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam hujusmodi facimus*; & etiam probatur per *textum in cap. innotuit in fine de elect. Pyrrh. Corrad. in praxi dispensat. lib. 2. cap. 5. n. 12. 13. 14. 15. & 16.* & ita non suffragatur Capitulo d. clausula confirmationis Apostolicæ, quia est in forma communi facta, & ut talis præsumitur; ac ita non nocet juri Episcopi deducti ex juris dispositione, sed illud conservat, *Gratian. cap. 245. n. 39. Posth. civil. resolut. 130. n. 27. Burat. dec. 6. n. 4.* Cum alijs probat *Bonden. de jure controv. collect. legal. collect. 2. n. 102. & 103.* nec probat nisi exhibita concordia, ad hoc ut videantur, & observentur in ea contenta ex hac clausula; quæ non possunt examinari, nisi illa producta, & ea non edita, nihil 150

hil probat, ut diximus *n.* 138. & tenet elegantèr *Roza de execut. litter. Apostol. cap.* 4. *n.* 5.

151 Quod evidentiùs patet ex clausula sequenti d. Bullæ: *Quæcunque licita tamen, & honesta*; ex qua elicitur, confirmationem esse factam in forma cõmuni, ut ex *Seraphin. decis.* 1198. *num.* 7. *p.* 2. *& Rub.* tradit *Bonden. d. collect.* 2. *num.* 110. *&* 111. & exornat *Pyrrh. Corrad. in praxi benef. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 142. & non extendi ad confirmationem eorum, quæ fuerint illicita, injusta, & contra jus, ut censuit *Rota apud Farinac. decis.* 21. *n.* 3. *p.* 2. *recentior.*

152 Et ideo sequitur in d. Bulla clausula: *Ac sacris Canonibus, maximè verò Concil. Trident. decretis, ac Apostolicis constitutionibus minimè contraria, cum omnibus, & singulis inde legitimè secutis.* Ex qua clausula constat evidens probatio nostræ resolutionis, ad hoc ut censeatur confirmatio facta in forma communi, & non speciali, & quando non producitur concordia confirmata, & scribitur, ad hoc ut confirmatio ad licita, & honesta; non autem ad ea, quæ absurdum, & inconveniens parere possit, aut contra jus extendatur, neque etiam contra cõcordiæ tenorem, ut multis probat *Pyrrh. Corrad. in praxi benef. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 142. *usque ad* 148. de qua re etiam, & clausula agit *CoKier. de jurisdict. in exemptos p.* 4. *q.* 21.

153 Et verba, *Concilij Tridentini Decretis, ac Apostolicis*

*cis constitutionibus minimè contraria*, sunt consecutiva prædictæ clausulæ, *licita tamen*, *&* *honesta*, quæ ideo adjiciuntur in Bulla, quia ex novo jure Concil. Trid. nonnulla noviter statuta sunt, præsertim circa beneficia, quæ præter alios Canones, ac cõstitutiones Apostolicas obstare possunt, & cum appareat, Papam voluisse derogare decretis juris Canonici, aut prædicti Concilij, proinde per illa verba, *minimè contraria*, dictæ Bullæ, talia decreta censentur præservata, & in sua observantia existentia, & ita non potest aliquid contra jus, & *Concil. Trid.* statui, ut in terminis similis clausulæ tradit *Corrad.d.cap.*15. *n.* 151. *&* 154. ex qua constat talem confirmationem fuisse factam in forma communi, & non in forma speciali, nec ex certa scientia, quia hæc clausula non apponitur in gratijs, quæ ex certa scientia conceduntur, sed tantum in illis, quæ in forma communi expediendæ veniunt; quia quãdo Papa habet certam scientiam, & adhibet causæ cognitionem, & tenor concordiæ venit insertus in Bulla, cognoscit, an confirmatio sit contra decreta juris, aut Concilij, & ideo in simili confirmatione concessa in forma speciali non apponitur, sed tantum in illa inita in forma communi, ut in terminis tradit *Rot. decis.*40.*n.*4.*p.*2. *in posthum.Farinac. aliàs p.*4. *recentior.*

Ex hac resolutione infertur, quod optimo jurẽ 153

resolvimus supra n. 118. Capitulum non potuisse instituere, & approbare provisum, quia institutio hujusmodi Episcopo, & non alteri inferiori reservatur, ut ibi ostendimus ex *sacros. Concil. Trident. decreto sess. 7. de reformat. cap.* 13. & cum collatio, & immissio possessionis provisi facta fuisset, & adepta contra Concil. Trident. decretum præservatum in Bulla secundùm illius tenorem, remanet dictus provisus intrusus, & à possessione excludendus, ut in specie provisionis factæ à Capitulo tradit cum multis *Franc. de intrus. q. 2. n 16 & 17. junctis quæ q. 3. n. 4. & 5. & q. 53.* & habet locum pæna *textus in cap. avaritiæ de elect. in* 6. ut inquit *Rot. Roman. vol. 3. decis. noviss. divers. sacri Palatij Apostolic. Auditor. decis.* 140. *n. 2. & 3. lib. 3. & decis.* 783. *n.* 8. ubi de casu cõtraventionis; & præstant rationem in verbis seqq. *Quia Capitulum Episcopo contradicente non potest alteri conferre;* de qua re etiam *Pyrrh. Corrad. in praxi benef. lib. 4. cap. 7. n. 16. & seqq.* Atque ita non solum dicta Bulla in hac clausula non prodest Capitulo, sed potius contra illud retorquetur, quia contra Concil. Trident. decretum ad ulteriora processit; provisionem fecit, & provisus approbatus extitit; & sic optimo jure defendimus, dictam clausulam non suffragari Capitulo, sed tantum Illustrissimo Episcopo, ad hoc ut ejus provisio observari debeat.

Eti-

Evidentius patet ad favorem Epiſcopi hæc reſolutio, & Capituli excluſio ex clauſula d. Bullæ: *Reſervationibus tamen, & affectionibus Apoſtolicis ſemper ſalvis, & illæſis remanentibus, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ fidelitatis robur adjicimus.* Quia dicta clauſula appoſita in confirmatione concordiæ oſtendit, quod illius prætextu non poteſt in menſibus reſervatis fieri proviſio juxta alternativam mutatam in turnum, quia conſtat de voluntate Papæ nolentis turnum includi, aut alternativam ex d. clauſula, *reſervationibus Apoſtolicis ſalvis, & illæſis remanentibus*, ut tradunt *Mohed. deciſ.* 23. *n.* 2. & 3. eleganter *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 45. *§.* 1. *n.* 67. ibi: *Prima, quia in confirmatione Apoſtolica d. concordiæ aderat clauſula expreſſa, Salvis reſervationibus Apoſtolicis, & ſine earum præjudicio*; & ideo cum ante concordiã non poterat Epiſcopus conferre niſi in ſolis quatuor menſibus ordinarijs, ſic etiam nec poſt concordiam, cum Canonicatus dictæ Eccleſiæ Cathedralis non ſint liberæ, ſed ſimultaneæ collationis, & alternativa locum non habeat niſi in beneficijs liberæ collationis, ac dicta confirmatio Apoſtolica præſervet præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ac reſervationes ſalvet Apoſtolicas, ita ut ad hunc effectum eſſet perinde, ac ſi dicta confirmatio obten- 155

ta non esset, & ideo alternativa intrare non poterat, unde quando dicta clausula, *Salvis reservationibus*, apposita fuerit in confirmatione concordiæ, in nullo casu intrabit alternativa, cum constet de voluntate Papæ nolentis includi; *&* *n.74.* sic concludit: *Secundus casus est, quando talis concordia fuit confirmata à Sede Apostolica, sed cum restrictione illius clausulæ, Salvis reservationibus Apostolicis; & illo casu minimè alternativæ locus erit, cum constet de mente Pontificis contrarium disponentis, & etiam fuit decisum in d. causa Columbricens. Canonicatus*; & *n.75.* loquitur de simili concordia confirmata in forma cõmuni, & asserit, quod nihil de novo tribuit, nullumque defectum, aut obstaculum tollit: sequitur etiam *Aug. Barbos. claus.* 144.*n.*2.ibi: *Clausula, Salvis reservationibus Apostolicis, quando apposita fuit in confirmatione concordiæ, tunc in nullo casu intrabit alternativa, cum constet de voluntate Papæ nolentis.*

156 Et ita est de mente Pontificis, quia omnia statuta inferiora, aut concordiæ tangentes articulum provisionis beneficiorum debent intelligi de provisionibus, quæ per ipsos fiunt in suis quatuor mensibus, non autem de his, quæ sunt reservatæ, & fiunt per Papam, Sede Apostolica plena, cujus authoritas, & jurisdictio semper censetur excepta, ut ex *Pusco, & Ant. Aug.* tradit *Loter. de re benef. lib.* 2. *q.*38.*n.*11.

Et

Et nulla confirmatio extenditur ad provisionem 157
specialitèr prohibitam, sicuti in provisione mensium reservatorum, in quibus, Sede Papali plena, est prohibita provisio Capitulo, & Episcopis ex *reg.8.Cancellar.* & ita non possunt providere nisi beneficia vacantia in suis quatuor mensibus, quia cæteri octo sunt reservati ad supremam Pontificis maiestatem, ut post *glossam in l. siquis priore vers. specialitèr ff. ad S. C. Trebel.* tenet *Ancharr.cons.2. in fin.* & tenent citati à *Loter. ubi supr.* talis enim reservatio impedit turnum, & optionem. *Paris. cons.* 10. *n.5. Monet.de option.cap.3.n.41. & seqq.Granut. in addit.ad Simonet.de reservat. q.45. lit. B.* cum alijs probat *Bicch. decis.* 342. *n.* 30. *& seqq. & per tot.* Et ita voluit Pontifex observari, & satis mentem suam declaravit in hac clausula, *reservationibus tamen & Apostolicis affectionibus semper salvis, & illæsis remanentibus.*

Et ita hæc clausula non solum non prodest Ca- 158
pitulo, sed etiam ex illius tenore venit excludendum, quia in mensibus reservatis nullum habet jus providendi, Sede Papali plena, sed tantum in quatuor mensibus ordinarijs per turnum. Et si vivente Papa, non potest Capitulum providere vacaturas; ita non potest conferre beneficia vacantia in mensibus reservatis, Sede Papali vacante, quia excluditur ex dicta clausula, in qua sublati à concordia inve-

inveniuntur menses reservati , & in illis mortuo Papa non ostenditur fuisse concessam provisionem, nec ad illa potest concurrere , non obstante consideratione , quod etiam Episcopus non potest providere , vivente Papa , vacaturas mensium reservatorum, quia Episcopus non confert ratione juris concordiæ ; nec simultanitatis , sed ex dispositione juris communis , & ex jure, & subrogatione Papæ, conservata natura reservationis factæ in octo mensibus reservatis, vivo Papa , & licet eo mortuo regulæ cessent , non cessant menses , & semper censentur reservati , & juxta tenorem regulæ provisionem facit Episcopus ex juris communis dispositione , de quo supra *n.*39. & ex jure , & subrogatione Papæ ; & ita conservata natura reservationis , ut ostendimus *n.* 108. *&* 109. supra , & probant DD. citati *d.n.* 39. qui non loquuntur in Capitulo , sed tantum in Episcopo , loquendo per verbum , Episcopum , & non Ordinarium ; & ita ad Episcopum pertinet provisio mensium reservatorum ex juris communis dispositione , & ex jure , & subrogatione Papæ,eo mortuo, quia ex ejus concessione conferunt Episcopi, Papam repræsentando , quanvis non nomine Pontificis expresso ,sed Episcopi, quia d. Sede Papali vacante , Episcopi conferunt tanquam ad jus commune redeuntes , & ex Papæ subrogatione , & concessione , licet non nomine expresso,

presso, sed Episcopi, ut in terminis reservationis tradit *Gasp. de Peruseo in tract. de reservat. benef. intra tract. Doctorum collocatus tom. 15. p. 1. pag. 244. in impressione* 1584. ubi etiam quod inferiores Episcopo non possunt in his mensibus conferre.

Et etiam per viam regulæ, cum hæc provisio 159
pertineat Episcopo ad jus commune redeunti, & jure proprio, non habet locum turnus; nec Capitulum potest conferre beneficia ad collationem Episcopi spectantia, & per mortem Pontificis devoluta, ut tenet *Francisc. de Pavinis in tract. de offic. & potest. Capituli intra tract. Doctor. tom. 13. p. 2. q. 1. pag.* 421. & in simili probant etiam DD. per *textum ibi in cap. quanto, & cap. ea noscitur de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capituli, Selv. de benef. 2. p. q. 11. Azeved.* elegantèr *cons. 9. Filuc. quæst. mor. tom. 3. tract. 41. cap. 2. n. 42.* Nec pertendere provisionem turni potest, etiam quando vigeret consuetudo immemorialis legitimè præscripta, nisi tantum in quatuor mensibus ordinarijs, & non in vacatura supervenienti intra octo menses reservatos, quia in illis non habet jus Capitulum, ut inquit, & probat *Flor. variar. lib. 1. q. 4. §. 3. n. 50.* & profitetur *Luca* citatus *n. 108. & 109.* & ita Capitulum non potest conferre ex jure communi, Sede Papali vacante, sed tantum Episcopus: nec ex jure concordiæ, quia per clausulam relatam salvæ, & illæsæ remanent re-


servationes, ad hoc ut provideantur beneficia vacantia, Sede plena, à Papa; & Sede Papali vacante, ab Episcopo, ad quem pertinet eorum provisio, ut tenet *Matut. disq. legal. disq.* 2. *Caput. decis.* 86. ubi judicatum.

160 Ultima clausula circa observantiam concordiæ, prout in illa continetur, ostendit, quod jam diximus, videlicet; nihil curandum esse de hac Bulla, nisi exhibita concordia, ad hoc ut inspiciatur ejus tenor, ex cujus lectura videri debet, quid, & quomodo sit facta concordia, ut inquit *Rosa de executor.lit. Apostolic. cap.*4.*n.* 5. & absque ejus productione, & exhibitione, ad quem facta est relatio, nullum producit effectum talis Bulla, ut jam diximus, & probat *Felin. in cap. Sedes* 15. *sub n.* 5. *de rescript. Alexandr. cons.* 123. *n.*20. *Ruin. cons.* 48. *num.* 12. *vol.* 1. *& cons.* 111. *n.* 18. *Caldeirin. cons.* 16. *sub tit. de præbend.* & ita non potest extendi ultra casum expressum in concordia, ut latè ostendimus; & idcirco dicta Bulla non solum non suffragatur Capitulo, sed potius contra illud retorquetur; atque ita generalitèr, & specifice jus Episcopi Illustrissimi, & pro ejus jurisdictione, & provisione decisionem proferendam esse arbitror; & si aliquid est elapsum, quod Catholicæ fidei, aut Christianæ Religioni aliquatenus adversetur, vel ignaro minus probari contingat, id omne indictum, & sacro-

sanctæ

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ, aut cujuslibet melius ſentientis correctioni ſubjectum ex debito voveo, & ex animo volo, & ita ſubſcribo. Ulyſſipone, Decimoquinto Novembris, milleſimo ſexcenteſimo unde nonageſimo.





# INDEX

## RERUM, QUÆ IN HOC OPUSculo continentur.

*Prior numerus paginam designat, posterior numerum ostendit.*

# A

### Adjunctus.



### Alternativa.

*Pro-*

*Ad*

Can-

# C

## Cancellaria.

## Capitulum.

Cardinalis.



Causa.



Censura.



Licet

Citatio.



Clandestinitas.



Clausula.

Concordia.

## Conditio.



## Confirmatio.

Dis-

Electio.



Episcopus.

Epis-

Excommunicatio.



Exempla.



Extensio.

# F



# G



# H

# I

Intimatio.



Judex.



Jus.



# L

Lex.



Man-

# M

## Mandatum.



## Menses.



## Mors.



# N

## Narratio.



## Negligentia.



## Nuntius.

# O

## Obedientia.



## Occultatio.



## Omissio.



# P

## Papa.



Papa

Pœna.



Possessio, possessor, possessoria.

# S

## Schisma.



## Status.



## Simultanea.

Successor.

Ne

# T

## Tranſactio.



## Turnus.



Per







Vacatio.



Ultimus.



FINIS.




BIBLIOTECA